admirabilis, bewundernswert, wunderbar, befremdend, seltsam: A. cur plures in omnibus rebus ‖ artibus ‖ quam in dicendo admirabiles exstitissent; de or I 6. in oratoribus, Graecis quidem, admirabile est, quantum inter omnes unus excellat; orat 6. quae quia sunt admirabilia; par 4. o admirabilem impudentiam, audaciam, temeritatem! Phil. III 18. videte magni et clari viri admirabilem gravitatem atque constantiam; Phil XIII 41. quam admirabilis (sit) fabrica membrorum; nat II 121. admirabile (causae genus est), a quo est alienatus animus eorum, qui audituri sunt; inv I 20. gravitas: f. constantia. mihi quidem humanitas tua vel summa potius sapientia non iucunda solum, sed etiam admirabilis visa est; ep I 7, 3. impudentia: f. audacia. causam investigato in re nova atque admirabili; div II 60. sapientia: f. humanitas. temeritas: f. audacia. — B. haec παράδοξα illi, nos „admirabilia" dicamus. quid autem habent admirationis, cum prope accesseris? fin IV 74.

admirabilitas, Bewunderungswürdigkeit: I. quanta sit admirabilitas caelestium rerum atque terrestrium; nat II 90. — II. haec animi despicientia admirabilitatem magnam facit; of II 38.

admirabiliter, wunderbar, seltsam: nos Asia accepit admirabiliter; A V 14, 2. mente consilioque divino omnia admirabiliter administrari; nat II 132. nimis admirabiliter nimisque magnifice dicere videntur; Tusc IV 36. quem (Isocratem) Plato admirabiliter in Phaedro laudari fecit ab Socrate; opt gen 17.

admiratio, Bewunderung, Interesse, Erstaunen, Verwunderung: I. (locum communem esse) admirationem per contentionem, qui fieri possit, ut, qui hoc aequum esse concedat, illud neget, quod aut aequius aut eadem sit in genere; inv II 150. maxima est admiratio in indiciis; of II 49. sed habeat illa in dicendo admiratio ac summa laus umbram aliquam et recessum; de or III 101. — II, 1. haec sunt, quae clamores et admirationes in bonis oratoribus efficiunt; de or I 152. in quo (Telamone) haec admiratio fiebat: »hicine est ille Telamon?« Tusc III 39. summam hominum admirationem (Hortensius) excitabat; Bru 327. habeo: f. **admirabilis**, B. (ambiguum) admirationem magis quam risum movet; de or II 254. — 2. ut eos, qui audient, ad maiorem admirationem possit traducere; orat 192. — III. unum illud est admiratione dignum; of III. 111. — IV, 1. quadam admiratione commotus; leg. III 1. animus defessus audiendo aut admiratione integratur aut risu novatur; inv I 25. — 2. ut cum admiratione hominum honore ab iis digni indicaremur; of II 36.

admiror, bewundern, staunen, sich wundern: Hortensius vehementer admirans me coepit hortari, ut . . ; Ac II 63. — II, 1. de Dionysio sum admiratus; A IX 12, 2. de diplomate admiraris, quasi nescio cuius te flagitii insimularim; A X 17, 4. — 2. admirati sumus, quid esset, cur nobis Stoicos anteferres; fin IV 61. — 3. quod haerere in eo (equo) senex posset, admirari solebamus; Deiot 28. — 4. ut mihi quidem admirari luberet in homine esse Romano tantam scientiam; nat I, 91. III. in quo admirari soleo Philippum; de or II 316. id admirans illud iam mirari desino; de or II 59. admiratus sum brevitatem eius (epistulae); A VI 9, 1. eius (Thucydidis) quidam eloquentiam admirantur; opt gen 15. f. ingenium. singularis et admiranda frugalitas; Deiot 26. cuius (Pythagorae) ingenium et eloquentiam cum admiratus esset Leon; Tusc. V 8. magnitudinem animi tui, quam ego semper sum admiratus semperque amavi; ep I 7, 9. admiranda opera Phidiae; rep. III 44. quas (res meas gestas) ille admirabatur; Bru 323. si sapientiam meam admirari soletis; Cato 5. admirabor eorum tarditatem, qui animantem immortalem et eundem beatum rotundum esse velint; nat I 24. cuius nos virtutem admirati; Phil IX 9.

admisceo, beimischen, vermischen, hinein mengen, hinzufügen, durchdringen: ego ad id consilium admiscear? Phil XII 16. Trebatium quod isto admisceas, nihil est; Q fr III 1, 9. hoc Precianum cum iis rationibus, quas ille meas tractat, admisceri nolo; A VII 1, 9. ille (aër) multo calore admixtus est; nat II 27. quo minus (animi) se admiscuerint atque implicuerint hominum vitiis et erroribus; fr F V 97. aquae etiam admixtum esse calorem; nat II 26. tibi propter admixtam civium caedem bonorum victoria maerori fuisset; de or III 12. tum admiscere huic generi orationis vehementi atque atroci genus illud alterum lenitatis et mansuetudinis coepi; de or II 200. Arabes qui fuerunt admixto Parthico ornatu; ep III 8, 10. is non intellexit in partitione, exposito genere, partem se generis admiscuisse; inv I 32. versus ab iis (philosophis) admisceri orationi; Tusc. II 26.

admissarius, Zuchthengst: admissarius iste sic ad illius hanc orationem adhinnivit, ut . . ; Piso 69.

admissum, Vergehen, Schuld: quae etiam nullo admisso consequi possent; part or 120.

admitto, zulassen, vorlassen, loslassen, begehen, verschulden: nec (ille) quemquam admisit; A XIII 52, 1. quod ea in te admisisti, quae a verecundo inimico audire non posses; Phil II 47. f. flagitium. admissum dedecus confitebor; ep III 10, 2. cum (P. Decius) equo admisso in mediam aciem Latinorum inruebat; fin II 61. ut aut hic tantum sceleris aut ille tantum flagitii admitteret; A IX 10, 3. si C. Rabirius fraudem capitalem admisit; Rabir 26. legatum hostium in cubiculum admittere; Phil VIII 29. scelus: f. flagitium. vitio ante admisso; inv II 34.

admixtio, Beimischung: (animus) omni admixtione corporis liberatus; Cato 80.

admodum, sehr, in hohem Grade, völlig: I. orationi vita admodum congruens; rep II 1. Philotimi litterae me quidem non nimis, sed eos, qui in his locis erant, a. delectarunt; A VII 24. solent a. irasci; leg I 21. nihil proficiant, nisi a.

Digitized by Google

mentiantur; of I 150. cuius (Arcesilae) primo non a. probata ratio; Ac II 16. a. tenenda sunt sua cuique non vitiosa, sed tamen propria; of I 110. non est (mercatura) a. vituperanda; of I 151. — II. cum (L. Crassus) esset a. adulescens; of II 47. qui a. est excors; Lael 99. id fuit nobis gratum a.; Ver III 10. in quo libro multum a. fortunae datur; fin V 12. qui (Tarquinius) a. parvos tum haberet liberos; rep II 37. praeter a. paucos; Top 3. — III. Curio litterarum a. nihil sciebat; Bru 210. aut nihil superum aut obscure a. cernimus; Ac fr 10. paulum a. sentiens (belua) praeteritum aut futurum; of I 11. qui (acupenser) a. raro capitur; fat fr. 5.

admoneo, erinnern, mahnen, zurechtweisen, belehren: quemnam? recte admones, Polyclitum esse dicebant; Ver IV 5. quantum natura admonente cognoverant; Tusc I 29. — II, 1 quid restet, admonendum videtur; inv II 109. — 2. cum res ipsa admonuerit, ut in eos dicamus, qui . .; rep II 48. — III. ut admoneam te, non ut flagitem; ep IX 8, 1. ibi sedens haec ad te scribebam, ut me locus ipse admoneret; A I 10, 3. admonent quiddam, quod cavebimus; Phil I 28. — IV, 1. in qua (epistula) de aede Telluris et de porticu Catuli me admones; Q fr III 1, 14. — 2. cotidie nos ipsa natura admonet, quam parvis rebus egeat; Tusc V 102. — 3. nonne te Q. illa Claudia aemulam domesticae laudis in gloria muliebri esse admonebat? Cael 34. — 4. hominem amentem a suis consiliariis (esse) admonitum hasce ei tabulas nihil profuturas; Ver V 103. 5. admonitus huius aeris alieni nolui deesse ne tacitae quidem flagitationi tuae; Top 5. — 6. illud tamen te esse admonitum volo; Cael 8. multa extis admonemur multisque rebus aliis; nat II 166. quae (divinatio), si fato omnia fiunt, nihil nos admonere potest, ut cautiores simus; div II 21. te illud admoneo, ut te ante compares; Q fr I 1, 38. — 7. ut ego quoque te aliquid admoneam de vestris cautionibus; ep VII 13, 2.

admonitio, Erinnerung, Mahnung, Warnung: I. si aliter sentirem, certe admonitio tua me reprimere posset; ep X 4, 2. — II, 1. admonitio (opponitur) quasi lenior obiurgatio; de or II 339. — 2. interesse inter argumentum conclusionemque rationis et inter mediocrem animadversionem atque admonitionem; altera occulta aperiri, altera prompta et aperta indicari ‖ indicari ‖; fin I 30. — III. iudicari: f. II 2. propriis et suis argumentis et admonitionibus tractanda quaeque res est; Tusc V 19.

admonitor, Mahner: 1. misi ad te quattuor admonitores non nimis verecundos; ep IX 8, 1. — 2. etsi admonitore non eges; Top 5.

admonitum, Warnung, Mahnung: in eodem silentio multa alia oratorum officia iacuerunt, cohortationis praecepta, consolationis admonita; de or II 64.

admonitus, Erinnerung, Aufforderung, Mahnung: ut in religionis lege fecisti admonitu et rogatu meo; leg III 13. admonitu Allobrogum C. Sulpicium praetorem misi; Catil III 8. ego interea admonitu tuo perfeci sane argutulos libros ad Varronem; A XIII 18, 2.

admotio, Anlegen: ad nervorum eliciendos sonos ac tibiarum apta manus est admotione digitorum; nat II 150.

admoveo, nähern, richten, heranbringen, anwenden: adhibete animos et mentes vestras, non solum aures, ad haruspicum vocem admovete; har resp 20. dolorum cum admoventur faces; of II 37. tamquam aliqua machina admota; Cluent 36. mentes: f. aures. num admoveri possit oratio ad sensus animorum atque motus vel inflammandos vel etiam exstinguendos; de or I 60. utcumque animum audientis moveri volet, ita certum vocis admovebit sonum; orat 55. ad id (lumen virtus) se admovet; Lael 100.

admurmuratio, Gemurmel: I. (P. Clodium) tamquam reum accusavi multis et secundis admurmurationibus cuncti senatus; Q fr II 1, 3. — II. factus est in eo strepitus et grata contionis admurmuratio; Ver pr 45. — III. qui non admurmuratione, sed voce et clamore abiecti hominis furorem fregistis; Piso 31.

admurmuro, murmeln: I. cum esset admurmuratum; de or II 285. — II. admurmurante senatu; A I 13, 2.

adnecto, anknüpfen, befestigen, anfügen: »navem ut adnectunt navitae«; Tusc II 23. per quam (rationem homo) rebus praesentibus adiungit atque adnectit futuras; of I 11. ad linguam stomachus adnectitur; nat II 136.

adnitor, hinstreben, sich bemühen: I. natura semper ad aliquod tamquam adminiculum adnititur; Lael 88. — II. nisi Bibulus adniteretur de triumpho; A VI 8, 5.

adno, heranschwimmen: quod ubique genitum ‖ gentium ‖ est, ut ad eam urbem, quam incolas, possit adnare; rep II 9.

adnumero, zuzählen, auszahlen: I. si tibi optima fide sua omnia concessit, adnumeravit, appendit; Sex Rosc 144. his libris adnumerandi sunt sex de re publica; div II 3. ut ea pecunia omnis a civitatibus sibi adnumeraretur; Ver V 60. non ea (verba) me adnumerare lectori putavi oportere, sed tamquam appendere; opt gen 14. — II. his duobus eiusdem aetatis adnumerabatur nemo tertius; Bru 207.

adnuo, zunicken, bejahen: I. quaesivi, cognosceretne signum. adnuit; Catil III 10 — II. „postest, ut tu non recte intellexeris.“ id quoque (Silus) toto capite adnuit; de or II 285. hoc mihi significasse et adnuisse visus est; Ver III 213.

adol f. **adul** —

adoptatio, Annahme an Kindes Statt: I. adoptatio Theophani agitata est; Balb 57. II. quamquam in illa adoptatione legitime factum est nihil; dom 77.

adoptio, Annahme an Kindes Statt: I, 1. nego istam adoptionem pontificio iure esse factam; dom 36. — 2. quem (filium T. Torquatus) in adoptionem D. Silano emancipaverat; fin I 24. — II. quod est, pontifices, ius apdoptionis? nempe ut is adoptet, qui neque procreare iam liberos possit et, cum potuerit, sit expertus; dom 34.

adoptivus, durch Adoption erlangt: neque amissis sacris paternis in haec adoptiva venisti; dom 35.

adopto, erwählen, an Kindes Statt annehmen: I. alqs: f. adoptio, II. — II. is qui hunc minorem Scipionem a Paulo adoptavit; Bru 77. qui (C. Staienus) se ipse adoptaverat et de Staieno Aelium fecerat; Bru 241. — Liciniae filium, Crassi testamento qui fuit adoptatus; Bru 212. superioris filius Africani, qui hunc Paulo natum adoptavit; of I 121. — III. quod eum sibi Achaei patronum adoptarant; div Caec 64.

adorior, angreifen, unternehmen, versuchen: I si convellere adoriamur ea, quae non possint commoveri; de or II 205. — hoc ipsum continuo adoriamur; A XIII 22, 4. Ἡρακλείδειον, si Brundisium salvi, adoriemur; A XVI 2, 6. inermem atque imparatum tribunum alii gladiis adoriuntur, alii fragmentis saeptorum et fustibus; Sest 79.

adorno, schmücken, ausrüsten, vorbereiten: vidi forum comitiumque adornatum ad speciem magnifico ornatu; Ver I 58. hoc iudicium, hoc periculum, illa [accusatio] omnis testium copia a matre initio est adornata; Cluent 18. Italiae duo maria maximis classibus firmissimisque praesidiis adornavit; imp. Pomp 35.

adp — f. **app** —

Digitized by Google

adrepo, heranschleichen: (Apronius) non sensim atque moderate ad istius amicitiam adrepserat, sed brevi tempore totum hominem possederat; Ver III 158.

adrideo lächeln, belächeln, zusagen: I. hic Catulus adrisit; de or II 28. leuiter adridens Scipio: „st, quaeso", inquit . . ; rep VI 12. „inhibere" illud tuum, quod valde mihi adriserat, vehementer displicet; A XIII 21, 3. — II. video, quid adriseris; nat I 79.

adripio, ergreifen, erfassen, festhalten, sich aneignen, aufgreifen: I. qui (dolor), simul atque adripuit, interficit; fin II 93. — II. quod ipse celeriter adripuit, id cum tarde percipi videt, discruciatur; Q Rosc 31. unde animum adripuerimus, si nullus fuerit in mundo; nat III 27 (26). sicut argumentum, simul atque positum est, adripitur; de or II 214. me esse adrepturum arma iudiciorum atque legum; har resp 7. non cani nec rugae repente auctoritatem adripere possunt; Cato 62. te statim causam illam totam et tempus adripere; ep V 12, 2. quod vox et gestus subito sumi et alicunde ‖ aliunde ‖ adripi non potest; de or I 252. ille non mediocri cupiditate adripuit imperium; Ligar 3. quas (litteras Graecas) sic avide adripui, ut . . ; Cato 26. [non debes adripere maledictum ex trivio; Muren 13. quemcumque patrem familias adripuissetis ex aliquo circulo; de or I 159. non ‖ nonne ‖ adripuisti patrocinium aequitatis; de or I 242. si tabulam de naufragio stultus adripuerit; of III 89. tempus: f. causam. cum in altercatione adripitur ab adversario verbum; de or II 255. vocem: f. gestum.

adrodo, benagen: ut illa ex vepreculis extracta nitedula rem publicam conaretur adrodere; Sest 72.

adrogans, anmaßend, dünkelhaft: A nec ego sum adrogans, quod me valuisse dico; Planc 25. nullas umquam ad me litteras misit Brutus, in quibus non inesset adrogans, ἀκοινονόητον aliquid; A VI 3, 7. sin te aliquod dictum adrogans aut superbum movet; Sulla 25. quod genus philosophandi minime adrogans arbitraremur; div II 1. proponit inania mihi nobilitatis, hoc est, hominum adrogantium nomina; Ver pr 15. — B. neglegere, quid de se quisque sentiat, non solum adrogantis est, sed etiam omnino dissoluti; of I 99.

adroganter, anmaßend: ut ne cui rei temere atque adroganter adsenserimus; inv II 10. ne quid adrogantius videar dicere; Phil XII 21. quae tu vide ne impudenter etiam postules, non solum adroganter; Ac II 126. qui (Brutus) ad me contumaciter, adroganter, ἀκοινονοήτως solet scribere; A VI 1, 7.

adrogantia, Anmaßung, Dünkel: I. cum omnis adrogantia odiosa est tum illa ingenii atque eloquentiae multo molestissima; div Caec 36. ex adrogantia odium, ex insolentia adrogantia; inv I 42. — II, 1. in rebus prosperis fastidium adrogantiamque fugiamus; of I 90. illud „γνῶθι σεαυτόν" noli putare ad adrogantiam minuendam solum esse dictum; Q fr III 6, 7. videte hominis impudentiam atque adrogantiam; Ver IV 151. — 2. (homines) minus in adrogantiam ‖ [in] adrogantia ‖ offenderent; inv II 5. — III. nec in veritate crimen adrogantiae extimescerem; orat 132. — IV, 1. qui eius artis adrogantia, quasi difficillima sit, ita subnixi ambulant; de or I 246. — 2. ex: f. I. inv I 42. (P. Crassus) sine adrogantia gravis esse videbatur; Bru 282.

adrogo, in Anspruch nehmen, sich anmaßen: non tantum mihi derogo, tametsi nihil adrogo, ut te copiosius quam me putem posse dicere; Sex Rosc 89. non vereor, ne mihi aliquid videar adrogare, si de quaestura mea dixero; Planc 64. ego tantum tibi tribuo, quantum mihi, fortasse adrogo; ep IV 1, 2. qui (optimates) hoc sibi nomen adrogaverunt; rep I 50.

adsc f. asc.

adsectatio, Begleitung: homines tenues unum habent in nostrum ordinem aut promerendi aut referendi beneficii locum, hanc in nostris petitionibus operam atque adsectationem; Muren 70.

adsectator, Begleiter, Anhänger: cum ducibus ipsis, non cum comitatu adsectatoribusque confligant; Balb 62.

adsector, begleiten, sich anschließen: I. hereditatis spes adsectatur, adsidet; par 39. — II. cum aedilitatem P. Crassus peteret eumque iam consularis Servius Galba adsectaretur; de or I 239.

adsecula, Begleiter, Anhänger: I. is (Caesar) cum Trocmorum ‖ Trogm., al. ‖ tetrarchian adseculae suo Pergameno nescio cui dedisset; div II 79. — II. qui potentissimorum hominum contumaciam numquam tulerim, ferrem huius adseculae? A VI 3, 6.

adsensio, Zustimmung, Beifall: I. 1. adsensio nostra erit in potestate, eaque extrinsecus pulsa, quod reliquum est, suapte vi et natura movebitur; fat 43. — 2. opinationem volunt esse imbecillam adsensionem; Tusc IV 15. — II, 1. inductio est oratio, quae rebus non dubiis captat adsensiones eius, quicum instituta est; quibus adsensionibus facit, ut illi dubia quaedam res propter similitudinem earum rerum, quibus adsensit, probetur; inv I 51. non fieri adsensiones sine praecursione visorum; fat 44. moveo, pello: f. I, 1. quattuor eius (Clitomachi) libri sunt de sustinendis adsensionibus; Ac II 98. — 2. quorum orationis genus scis esse exile nec satis populari adsensioni accommodatum; Bru 114. — III. ex his illa nata est ἐποχή, id est adsensionis retentio; Ac II 59. — IV, 1. iudicatum est res adsensione alicuius aut aliquorum comprobata; inv I 48. facere: f. II, 1. capto. — 2. nec memoriam sine adsensione posse constare nec notitias rerum nec artes; Ac II 38.

adsensor, Beipflichter: te unum in tanto exercitu mihi fuisse adsensorem et me tibi; ep VI 21, 1.

adsensus, Zustimmung, Beifall: I, 1. etiam a certis cohibes adsensum; Ac II 94. oratio popularis adsensum vulgi debet movere; Bru 191. summum munus esse adsensus suos firme sustinere; fin III 31. qui aut visum aut adsensum tollit, is omnem actionem tollit e vita; Ac II 39. — 2. cum Panaetius se ab adsensu sustineat; Ac II 107. — II, 1. qui nullam rem adsensu suo comprobet; Ac II 108. efficiatur necne, vulgi adsensu et populari approbatione iudicari solet; Bru 185. — 2. id quod ego magno quondam cum adsensu omnium dixi; Cato 62.

adsentatio, Schmeichelei, Liebedienerei: I. nullam in amicitiis pestem esse maiorem quam adulationem, blanditiam, adsentationem; Lael 91. f. II, 1. — II, 1. adsentatio, vitiorum adiutrix, procul amoveatur, quae non modo amico, sed ne libero quidem digna est; Lael 89. — 2. sunt permulti (Graeci) diuturna servitute ad nimiam adsentationem eruditi; Q fr I 1, 16. — III. qui (Avillius) ut se blanditiis et adsentationibus in Asuvii consuetudinem penitus immersit; Cluent 36.

adsentatiuncula, Liebedienerei: non vereor, ne adsentatiuncula quadam aucupari tuam gratiam videar; ep V 12, 6.

adsentator, Schmeichler, Liebediener: I. semper auget adsentator id, quod is, cuius ad voluntatem dicitur, vult esse magnum; Lael 98. cum, idemne sit an aliquid intersit, quaeritur, ut adsentator et amicus; de or III 117. descriptio, qualis sit adsentator; Top 83. — II, 1. cavendum est, ne adsentatoribus patefaciamus aures; of I 91. — 2. quid intersit inter adsentatorem et levem civem et inter constantem; Lael 95.

adsentatorie, nach Art der Schmeichler:

Digitized by Google

dubitare te non adsentatorie, sed fraterne veto; Q fr II 14, 3.

adsentio, zustimmen, beipflichten: I, 1. hic cum rebus non dubiis adsensum est; inv I 52. quatenus de religione dicebat, Bibulo adsensum est; ep I 2, 1. — 2. si ei rei recte adsenserit; inv I 54. censuit hoc Cato, adsensit senatus; A II 1, 8. — II. adsentio ‖ adsentior ‖ tibi, ut in Formiano potissimum commorer, etiam de supero mari; A IX 9, 1. — III. multa sequitur probabilia non comprehensa neque percepta neque adsensa, sed similia veri; Ac II 99.

adsentior, zustimmen, beipflichten: I. quod tu, cum es commotus, adsciscis, adsentiris, approbas; Ac II 141. prorsus adsentior; leg II 12. incognito nimirum adsentiar, id est opinabor; Ac II 113. ut invitus saepe dissensi a Q. Fufio, ita sum eius sententiae libenter adsensus; Phil XI 15. huic (Bibulo) adsentiuntur reliqui consulares praeter Servilium; ep I 1, 3. nec (sapientem) umquam ulli viso adsensurum, nisi quod tale fuerit, quale falsum esse non possit; Ac II 57. cum (senatus) mihi est adsensus; dom 9. — II, 1. de: f. adsentio, II. — 2. agri ne consecrentur, Platoni prorsus adsentior; leg II 45. — 3. adsentior, ut, quod est rectum verum*que*, *aeternum quo*que sit; leg II 11. f. 1. 4. ego adsentior eorum alterum alteri consequens esse; Tusc V 21. f. III de or I 91. — III. cetera adsentior Crasso; de or I 35. quorum alterum ego illi facile adsentiebar, nihil me didicisse; de or I 91. ego illud adsentior Theophrasto, qui putat ..; de or III 184. cum tam vitiosum esse constet adsentiri quicquam aut falsum aut incognitum; Ac II 68.

adsentor, beistimmen, schmeicheln: I. qui ipse sibi adsentetur; Lael 97. eam (sapientiam) si „admirabilem“ dixi, non sum veritus, ne viderer adsentari; A VIII 9, 1. — II. ut nihil nobis adsentati esse videamur; Ac II 45.

adsequor, einholen, erreichen, erlangen, erfassen, begreifen: I. 1. ex his parvis libellis vos iam coniectura adsequi posse, cuius modi praedo iste fuerit; Ver II 184. — 2. qui oratione adsequi volunt, ut populares esse videantur; agr II 7. non adsequor, ut scribam, quod tui convivae aequo animo legere possint; A XII 4, 2. — II. si es Romae, iam me adsequi non potes; sin es in via, cum eris me adsecutus, coram agemus, quae erunt agenda; A III 5. ut ne plus nos adsequamur, quam quantulum tu in dicendo adsecutus es; de or I 133. quod ego si verbo adsequi possem; Catil II 12. si id tantum modo, ut taceas, nihil adsequeris; Ac II 94. omnia, quae ne per populum quidem sine seditione se adsequi arbitrabantur, per senatum consecuti sunt; ep I 7, 10. ut essent, non qui scriptum suum recitarent, sed qui cogitationem ‖ cogitatione ‖ adsequi possent et voluntatem interpretari; inv II 139. ne diuturnam quidem gloriam adsequi possumus; rep VI 23. eosdem sumus honorum gradus quos illi adsecuti; Planc 60. cum multi adulescentes dicendo laudem adsecuti sint; of II 49. benivolentiam tuam erga me imitabor, merita non adsequar; ep VI 4, 5. non tanta studia adsequuntur eorum, quibus dederunt, quanta odia eorum, quibus ademerunt; of II 54. cui contigerit, ut sapientiam verasque opiniones adsequi possit; fin V 58. qui illorum prudentiam, non dicam adsequi, sed, quanta fuerit, perspicere possint; har resp 18. sapientiam: f. opiniones. studia: f. odia.

adsero, für frei erklären: cum in causa liberali eum, qui adserebatur, cognatum suum esse diceret; Flac 40.

adservio, unterstützen: toto corpore atque omnibus ungulis, ut dicitur, contentioni vocis adserviunt; Tusc II 56.

adservo, bewahren, verwahren, bewachen: si omnes in aedibus adservati ac retenti (erunt); Caecin 37. quibus (custodiis) adservor; A X 18, 1. (consilium nostrum) et dissimulavimus et, ut opinor, *non* acerrime adservabimus; A X 16, 2. quod (ius civile) si desertum aut neglegentius adservatum erit; Caecin 73. naves eorum atque onera diligenter adservanda curabat; Ver V, 146. cum Apii tabulae neglegentius adservatae dicerentur; Arch 9.

adsessio, Dabeisitzen, Beistand: quae tua fuerit adsessio, oratio, confirmatio animi mei fracti; ep XI 27, 4.

adsessor, Beisitzer: Lacedaemonii regibus suis augurem adsessorem dederunt; div I 95.

adseveranter, ernstlich, nachdrücklich: locutum secum esse Q. Ciceronem valde adseveranter: A XV 19, 2. haec Antiochus fere et Alexandreae tum et multis annis post multo etiam adseverantius; Ac II 61.

adseveratio, Versicherung: omni tibi adseveratione adfirmo ..; A XIII 23, 3.

adsevero, beharren, versichern: I. quae est ista defensio? utrum adseveratur in hoc an temptatur? Ver II 26. — II, 1. quem ad modum adversarius de quaque re adseveret; Bru 208. de quo (iudicio) tantopere hoc libro adseveravi; orat 237. — 2. id se facturum esse adseveravit; Phil II 80. — III. unum illud (Servius) firmissime adseverabat, in exsilium se iturum; A X 14, 3.

adsideo, dabei-, zusammensitzen, zur Seite sein: adsidens et attente audiens; Bru 200. cum (Cn. Pompeius) P. Lentulo consuli, auctori salutis meae, frequens adsideret; Piso 80. qui (principes civitatum) huius repentino periculo commoti huic adsident; Planc 28.

adsido, sich setzen, sich zur Seite setzen: I. qui cum in schola adsedissent; de or I 102. peroravit aliquando, adsedit; surrexi ego; Sex Rosc 60. adsidamus, si videtur; Ac I 14. velle aliquem imprudentem super eam (aspidem) adsidere; fin II 59. — II. neque adsidere Gabinium aut adloqui in curia quisquam audebat; fr J 39.

adsidue, beständig, unablässig: I. qui me adsidue colunt et observant; ep IX 16, 5. adsiduissime mecum fuit Dionysius Magnes; Bru 316. quibus (litteris) utor adsidue; ep V 15, 3. — II. adsidue beatum esse se; nat I 114.

adsiduitas, Beständigkeit, Ausdauer, Eifer, Fortdauer; I. Terentiae pergrata est adsiduitas tua et diligentia in controversia Mulviana; A II 15, 4. dicendi adsiduitas induit ‖ aluit ‖ audaciam; inv I 4. — II. hanc sextulam illa mercedem isti esse voluit adsiduitatis et molestiae; Caecin 17. — III. adsiduitate cotidiana et consuetudine oculorum adsuescunt animi; nat II 96. — (Quintus) sic commutatus est totus adsiduitate orationis et praeceptis, ut ..; A XVI 5, 2. qualem hunc putent, adsiduitate testimonioque declarant; Planc 27.

adsiduus (ass.), ansässig, gegenwärtig, fleißig, beharrlich, beständig: A. qui Romae erant adsidui; Sex Rosc 81. fuit adsiduus mecum praetore me; Cael 10. cum hic filius adsiduus in praediis esset; Sex Rosc 18. augebatur eius molestia adsiduo fletu sororis; Cluent 16. solidam et robustam et adsiduam frequentiam praebuerunt; Planc 21. homines labore adsiduo et cotidiano adsueti; de or III 58. hanc ipsam (commentationem) profecto adsidua ac diligens scriptura superabit; de or I 150. ex his adsiduis eius cotidianisque sermonibus; Sest 24. — B. cum lex assiduo vindicem assiduum esse iubeat, locupletem iubet locupleti; is est enim assiduus, ut ait Aelius, appellatus ab „aere ‖ asse ‖ dando“; Top 10. qui cum locupletes assiduos appellasset ab asse dando; rep II 40.

adsignatio, Anweisung; I. cum Caesar Sullanas venditiones et adsignationes ratas esse velit;

Digitized by Google

ep XIII 8, 2. — II. ipse novas adsignationes instituit: agr III 10. — III. in hac adsignatione agrorum ne illud quidem dici potest, quod in ceteris; agr II 84.

adsigno, anweisen, zuweisen, zuschreiben: I. ne, si uno meo facto et tu et omnes mei corruistis, improbitati et sceleri meo potius quam imprudentiae miseriaeque adsignes; Q fr I 4, 1. — II. ut mihi ex agro tuo tantum adsignes, quantum meo corpore occupari potest; A III 19, 3. quoquo modo se res habebit, nihil adsignabis nec patruo nec patri; A X 4, 6. consiliis tuis, quae scribis de agris adsignandis ab utroque ‖ utrisque ‖ vestrum, vehementer adsentior; ep XI 21, 5. apparitores a praetore adsignatos habuisse decumanum; Ver III 61. per tuum servulum ordines adsignatos (esse); Piso 88. quod praeceptum adsignatum est deo; fin V 44. — III. uti locum sepulchro C. Pansa consul pedes triginta quoquo versus adsignet; Phil IX 17.

adsilio, hinzuspringen: neque adsiliendum statim est ad genus illud orationis; de or II 213.

adsimilis, ähnlich: in pulmonibus inest adsimilis spongiis mollitudo; nat II 136.

adsimulo (adsimilo), nachmachen, vergleichen, heucheln: exitum huius adsimulatae familiaritatis cognoscite; Cluent 36. litterae lituraeque omnes adsimulatae; Ver II 189. simile ex conferenda atque adsimilanda ‖ adsimulanda ‖ natura indicatur; inv I 42. nullum est exemplum, cui malimus adsimulare rem publicam; rep I 34.

adsisto, hintreten, herankommen, dastehen: »quin prius astiterit«; fin V 49. ut contra omnes hostium copias in ponte unus adsisteret; leg II 10. »accede, nate, adsiste«; Tusc II 21. ut ipsi (servi) ad fores adsisterent; Ver I 66. ita iacere talum, ut rectus adsistat; fin III 54.

adsoleo, pflegen, Brauch sein: I. cum in hortos D. Bruti auguris commentandi causa, ut adsolet, venissemus; Lael 7. — II. deinde, quae solent ‖ adsolent ‖; inv II 122.

adsp—, **adst—** f. **asp—**, **ast—**

adsuefacio, gewöhnen: I. quorum (veterum) sermone adsuefacti qui erunt; de or III 39. quibus (rebus) et natura me et voluntas et consuetudo adsuefecerat; ep IV 13, 3. Curionis patrio fuisse instituto puro sermone adsuefactam domum; Bru 213. — II. ceteras (nationes) imperio populi Romani parere adsuefecit; prov 33.

adsuesco, gewöhnen, sich gewöhnen; I. adsiduitate cotidiana et consuetudine oculorum adsuescunt animi; nat II 96. — II. tum ingenio freta malitia pervertere urbes et vitas hominum labefactare adsuevit; inv I 3. qui diligenter haec legere adsueverit; fin I 11. — III. beluam humanis moribus adsuetam; rep II 67. vicinitas non adsueta mendaciis; Planc 22.

adsum, anwesend, zugegen, vorhanden sein, erscheinen, beistehen: I. adesse in Capitolio iussit; Phil III 20. — II. quo die iste. ut Syracusis Sthenius adesset, edixerat; Ver II 96. ut in iudicio adessent; Ver IV 113. adest ad tabulam, licetur Aebutius; Caecin 16. me, qui Autronio non adfuerim, Sullam defendere; Sulla 14. qui reo Catilinae consul non adfui; Sulla 83. quae (gloria) efficeret, ut absentes adessemus, mortui viveremus; Milo 97. ades animo et omitte timorem, Scipio; rep VI 10. adsum amicis; Cato 38. vellem, in meo gravissimo casu adfuisses; ep IV 6, 1. nunc ades ad imperandum; ep IX 25, 2. quod Pomptino ad triumphum a. d. III Nonas Novembr. volebam adesse; Q fr III 4, 6. qui se dicerent in ornandis provinciis consularibus scribendo adfuisse, cum omnino ne senatus quidem fuisset; A IV 17, 2. quasi coram adsis; A V 18, 3. quod adest quodque praesens est; of I 11. aderit malorum turba quaedam, paupertas, ignobilitas, humilitas, solitudo, amissio suorum, graves dolores corporis, perdita valetudo, debilitas, caecitas, interitus patriae, exsilium, servitus denique; Tusc V 29. aderat ianitor carceris, carnifex praetoris, mors terrorque sociorum et civium Romanorum, lictor Sextius; Ver V 118. consul: f. alqs; Sulla 83. debilitas, al.: f. amissio. tibi aderit princeps fortitudo; aderit temperantia; Tusc III 36. ianitor, al.: f. carnifex. oportune adest homo summa fide praeditus; Cluent 165. adsunt ex Achaia cuncta multi legati; Flac 63. oratorem in ea causa non adesse, qui . . Bru 200. siluerunt principes neque in illa contione adfuerunt; Flac 54. praesto aderat sapiens ille, qui inire viam doceret; Muren 26. studium semper adsit, cunctatio absit; Lael 44. temperantia: f fortitudo. (testes) adsunt cum adversariis; Flac 23. nec virtutem cuiquam adesse, quin ea semper uteretur; Ac I 38.

adsumo, annehmen, hinzunehmen, einen Zusatz, Untersatz machen, beanspruchen, sich anmaßen: I. adsumi statim oportet, hoc modo: „fui autem Athenis eo die“; inv I 63. — II. quid praeterea esse adsumendum putes? de or I 133. omne aut ex sua sumi vi atque natura aut adsumi foris; de or II 163. quae iam dudum adsumpta dixisti; part or 48. quo posito et omnium adsensu approbato illud adsumitur, eum omnia despicere; fin III 29. cum bis sumpsit, quod voluit, quod adsumit, concedi nullo modo potest; div II 107. neque ego mihi postea quicquam adsumpsi neque hodie adsumo, quod quemquam malevolentissimum iure possit offendere; ep I 9, 17. artes: f. **adsumptio**, III. eum adsumpto aliunde uti bono, non proprio nec suo; de or II 39. neque illum in iure civili satis illi arti facere posse, nisi dicendi copiam adsumpsisset; de or I 170. quas (legiones Caesar) in Italia adsumpsit; A X 12, a, 3 (6). alii (loci) in eo ipso, de quo agitur, haerent, alii adsumuntur extrinsecus; Top 8. ad reliquos labores etiam hanc molestiam adsumo; Planc 3. adulescentes ut senum sibi pondus adsumant; rep I 67. quae (sacra Cereris) cum essent adsumpta de Graecia; Balb 55. (orator) tractationem orationis sibi adsumet; de or I 54.

adsumptio, Annahme, Zusatz, Untersatz (vgl. **approbatio**): I, 1. quae perspicuam omnibus veritatem continet adsumptio, nihil indiget approbationis; inv I 65. cum adsumptio perspicua est et nullius approbationis indiget; inv I 70. extrema est adsumptio iudicationis; inv II 82. est argumentatio quaedam, in qua adsumptio non indiget approbationis; inv I 64. f. continet, est. neque propositionem absolutam neque adsumptionem sibi perfectam videri, quae approbatione confirmata non sit; inv I 60. — 2. quae ab illis adsumptio et adsumptionis approbatio dicatur, eandem sibi adsumptionem solam videri; inv I 60. — II, 1. confirmo, perficio: f. I, 1. videtur. dico: f. I, 2. si qui aut adsumptionem aliquando tolli posse putent ‖ putet ‖ aut propositionem; inv I 75. quam (adsumptionem) πρόσληψιν iidem (dialectici) vocant; div. II 108. — 2. tum ab adsumptione incipere ‖ licet ‖, tum ‖ ab ‖ approbatione alterutra; inv I 76. approbationem separatam esse ab adsumptione; inv I 64. — III. artes etiam ipsas propter se adsumendas putamus, quia sit in iis aliquid dignum adsumptione; fin III 18. — IV. huius adsumptionis quarto in loco aliam porro inducunt approbationem; inv I 59. f. I. 2.

adsumptivus, unvollständig: iuridicialis (pars) [ipsa et] in duas tribuitur partes, absolutam et adsumptivam. adsumptiva (est), quae ipsa ex se nihil dat firmi ad recusationem, foris autem aliquid defensionis adsumit. eius partes sunt quattuor, concessio, remotio criminis, relatio criminis, comparatio; inv I 15. adsumptiva (pars) tum dicitur, cum ipsum ex se factum probari non potest, aliquo autem foris adiuncto argumento defenditur; inv II 71.

Digitized by Google

adsurgo, aufstehen, sich erheben: I. ut maioribus natu adsurgatur; inv. I 48. — II. quisquam (tibi) in curiam venienti adsurrexit? Piso 26.

adt— s. **att—**

adveho, hinbringen, pass. hinfahren, hinreiten: inde cisio celeriter ad urbem advectus; Phil II 77. tu equo advectus ad quandam magni fluminis ripam; div I 58. cum ab Epidauro Piraeum navi advectus essem; ep IV 12, 1. illo non saxum, non materies [ulla] advecta est; Ver I 147. ita sacerdos advecta in fanum; Tusc I 113.

advena, fremd, ausländisch, Fremdling: A. »separatim nemo habessit deos neve novos neve advenas«; leg II 19. — B, 1. quod (signum) cives atque incolae [Syracusani] colere, advenae non solum visere, verum etiam venerari solebant; Ver IV 130. — 2. ne in nostra patria peregrini atque advenae esse videamur; de or I 249.

advenio, ankommen, hinkommen, herankommen, herannahen: quamcumque in provinciam eius belli gerendi causa advenerit; Phil XI 30. (Scipio) Laelium advenientem salutavit; rep I 18. interea dies advenit; Ver II 37. eorum (casuum) advenientes impetus; Tusc III 31. medici ex quibusdam rebus et advenientes et crescentes morbos intellegunt; div II 142.

adventicius, von außen her, ausländisch, fremd, zufällig: Puteolos totos novo populo atque adventiciis copiis occupabunt; agr II 86. quid M. Catoni praeter hanc politissimam doctrinam transmarinam atque adventiciam defuit? de or III 135. quod altera (pecunia) pupilli iam erat adventicia; inv II 64. sive externus et adventicius pulsus animos dormientium commovet; div II 126. — B. ut anteponantur innata atque insita adsumptis et adventiciis; Top 69.

advento, herannahen: te ad Italiam adventare; ep II 6, 1. praestat morti iam ipsi adventanti paulum procedere obviam; Tusc V 56. quod fere iam tempus adventat; de or I 199.

adventus, Ankunft, Eintreffen, Anmarsch: I. veritus sum, ne meus repentinus ad meos necessarios adventus suspicionis aliquid adferret; Phil I 7. ibimus Luceriam. nec eum (Pompeium) fortasse delectabit noster adventus; A VIII 1, 4. adventus meus atque introitus in urbem qui fuit? dom 75. mihi tuum adventum suavissimum exspectatissimumque esse; A IV 4. ut me levarat tuus adventus, sic discessus adflixit; A XII 50. — II, 1. vos (talem conformationem) adventum in animos et introitum imaginum dicitis; nat I 105. non praedonum adventum significabat ignis e specula sublatus aut tumulo; Ver V 93. — 2. nihil est, cur adventibus te offerre gestias; ep VI 20, 1. — 3. vas eius modi, quo solitus esset uti ad hospitum adventus; Ver IV 32. — III, 1. qui (dies) apud omnes sunt adventu meo redituque celebrati; Piso 51. quod Antonius uno adventu fecerit; Ver III 216. — 2. quae (aedes) fuit ante istius adventum ornatissima; Ver IV 118.

adversaria, Rechnungsbuch, Kladde: quid est, quod neglegenter scribamus adversaria? quid est, quod diligenter conficiamus tabulas? qua de causa? quia haec sunt menstrua, illae sunt aeternae: haec delentur statim, illae servantur sancte. itaque adversaria in iudicium protulit nemo: codicem protulit, tabulas recitavit; Q Rosc 7.

adversarius, feindlich, nachteilig, Gegner: A. etsi nihil est iis, qui placere volunt, tam adversarium; Ac II 10. nec poterat aliter de adversariis iudicari ducibus; Phil III 21. adversarium || adversum || (genus argumentationis) est, quod ipsi causae aliqua ex parte officit; inv I 94. opinionem istorum studiorum et suspicionem artificii apud eos, qui res indicent, oratori adversariam esse arbitror; de or II 156. — B, a, I, 1. nihil esse tam periculosum fortunis innocentium, quam tacere adversarios; Ver I 24. — 2. eum, qui palam est adversarius, facile cavendo vitare possis; Ver I 39. — II, 1. quod non adversarium aut obtrectatorem laudum mearum, sed socium potius et consortem gloriosi laboris amiseram; Bru 2. ego semper illum appellavi hostem, cum alii adversarium; Phil XII 17. ut eos adversarios existimemus, qui arma contra ferant; of I 87. breviter arguteque incluso adversario; Bru 322. videbam, si vicissem praesentem adversarium, nimium multos mihi alios esse vincendos; sen 33. 2. qui primo sociorum consilia adversariis enuntiavit, deinde societatem cum ipsis adversariis coiit; Sex Rosc 117. — 3. coëo cum: s. 2. damnum passum esse M. Tullium convenit mihi cum adversario; Tul 23. — III. quem (timorem) mihi attribuit vis adversariorum; Sex Rosc 9. — **b.** est tibi gravis adversaria constituta et parata incredibilis quaedam exspectatio; ep II 4, 2.

adversio, Richtung: hanc animi remissionem || adversionem, al. || humanissimam iudicaretis; Arch 16.

adversor, widerstreben, hindern: I. adversatur primum, quod parum defigunt animos; Ac II 46. — II. quis Isocrati est adversatus infensius? orat 172. — huius libidini adversari nec poterat nec audebat; Ver V 82. cuius nos virtutem admirati non ausi sumus adversari voluntati; Phil IX 9. neque solum ea sunt, quae nobis suppetant, sed etiam illa, quae adversentur, videnda; part or 95. cum duae causae perspicuis et evidentibus rebus adversentur; Ac II 46. attendite, quaeso, iudices, quanto opere istius amentiae fortuna ipsa adversata sit; Ver II 98. adversante et repugnante natura; of III 78. — III, non adversatur ius, quo minus suum quidque cuiusque sit; fin III 67.

adversus, adversum, entgegen, gegen, gegenüber: I. ut me adversus populum Romanum facile possem defendere; Phil I 13. quonam modo gererem me adversus Caesarem; ep XI 27, 5. — II. si uterque nostrum (blandus) est adversus aliquem; A XII 3, 1. adversus deos immortales impii iudicandi sunt; of III 28. — III. eo brevior est epistula et ut adversus magistrum morum modestior; ep III 13, 2. est pietas iustitia adversum deos; nat I 116. eadem nunc mea adversum te oratio est; fin V 80. pietate adversus deos sublata; nat I 4. — IV. ne quis magistratus civem Romanum adversus provocationem necaret; rep II 53.

adversus, zugewendet, vorn, gegenüber befindlich, entgegen, widrig, ungünstig, unglücklich: A. „si tu et adversus et aversus impudicus es“; de or II 256. vides eos, qui incolunt terram, partim obliquos, partim transversos, partim etiam adversos stare vobis; rep VI 20. haec, quae ex eodem genere contraria sunt, appellantur adversa; Top 47. quae nobis ipsis aut prospera aut adversa eveniunt; of I 30. ad adversam basim accessimus; Tusc V 66. iudicibus cicatrices adversas senis imperatoris ostendere; de or II 124. cicatrices adverso corpore exceptas; Ver V 3. aves eventus significant aut adversos aut secundos; div II 79. ut ad prosperam adversamve fortunam, qualis sis, nihil intersit; nat III 89. qui hasce ore adverso pro re publica cicatrices accepit; Rabir 36. et secundas res splendidiores facit amicitia et adversas leviores; Lael 22. qui adversis vestigiis stent contra nostra vestigia, quos ἀντίποδας vocatis; Ac II 123. — B, I. si quid adversi acciderit; Ac II 121. — II. (sophistae) paria paribus referunt, adversa contrariis; orat 65.

adverto, bemerken: I. advertebatur Pompei familiares adsentiri Volcacio; ep I 1, 3. — II. animum: s. **animadverto.**

advesperascit, es wird Abend, dämmert:

Digitized by Google

tum de foro, cum iam advesperasceret, discessimus; Ver IV 147. quoniam advesperascit; nat III 94.

advigilo. wachen: ut advigiletur facilius ad custodiam ignis; leg II 29.

adulatio. Schmeichelei: nullam in amicitiis pestem esse maiorem quam adulationem, blanditiam, adsentationem; Lael 91. canum tam amans dominorum adulatio quid significat? nat II 158.

adulescens. jung, jugendlich, Jüngling: A. alqs: vgl. B. nosti profecto os illius adulescentioris Academiae; ep IX 8, 1. P. Africani filiam adulescentem; div I 36. totam tibi domum commendo, in his adulescentem filium eius, quem ..; ep XIII 19, 2. neque haec in eam sententiam disputo, ut homines adulescentes omnino a dicendi studio deterream; de or I 117. — B, I, 1. qui Diogenem Stoicum adulescens audierat, Laelius; fin II 24. defendi rem publicam adulescens, non deseram senex; Phil II 118. cum hic Q. Catulus, admodum tum adulescens, cum hic C. Curio cum consulibus essent; Rabir 21. ut nos adulescentes contra L. Sullae dominantis opes pro Sex. Roscio Amerino fecimus; of II 51. ne adulescentem vel puerum potius Caesarem indices temere fecisse; ep XI 7, 2. videbam illud scelus tam importunum, audaciam tam immanem adulescentis furentis, nobilis, vulnerati non posse arceri otii finibus; har resp 4. ut adulescentibus bona indole praeditis sapientes senes delectantur, sic adulescentes senum praeceptis gaudent, quibus ad virtutum studia ducuntur; Cato 26. lubricum genus orationis adulescenti non acriter intellegenti est saepe praeceps; Piso 68. invenit: f. 3. — 2. adulescens etiam nunc Isocrates est; orat 41. qui senes erant adulescente me; ep II 16, 6. — 3. o fortunate adulescens, qui tuae virtutis Homerum praeconem inveneris! Arch 24. — II, 1. adulescentem inlustri ingenio, industria, gratia accusari; Cael 1. ut (senectus) adulescentes doceat, instituat, ad omne officii munus instruat; Cato 29. duco: f. I, 1. gaudent. is heredem fecit illum adulescentem Oppianicum; Cluent 21. Alexim, humanissimum puerum, nisi forte, dum ego absum, adulescens factus est, salvere iubeas velim; A VII 7, 7. instituo, instruo; f. doceo. (Scipio) salutavit generos Laelii, doctos adulescentes, iam aetate quaestorios; rep I 18. vulnero: f. I 1. furit. — 2. maximae partes istius officii sunt pueri Ciceronis sive iam adulescentis; A VI 2, 2. — 3. adulescenti ingenioso et bono, Ser. Sulpicio, de equitum centuriis respondebo; Muren 54. — 4. ignorans, quaecumque falso [in eum] diceret in sanctissimum adulescentem, ea vere recidere in memoriam pueritiae suae; Phil XIII 19. tantus in adulescente clarissimo ac principe iuventutis pudor fuit, ut ..; Ver I 139. — III. audacia, scelus: f. I, 1. furit. senes in adulescentium caritate acquiescimus; Lael 101. neque pudor patiebatur optimi adulescentis in tali illum oratione versari; Cael 7. — IV, 1. delectari: f. I, 1. gaudent. — 2. qui ab adulescente quaestum sibi instituisset sine impendio; Quinct 12. volo se efferat in adulescente fecunditas; de or II 88.

adulescentia. Jugend, Jünglingsalter, junge Leute: I. magis mea adulescentia indiget illorum bona existimatione quam illorum severissima senectus desiderat meam laudem; Q Rosc 44. sunt pueritiae studia certa; sunt ineuntis adulescentiae; Cato 76. — II, 1. haec studia adulescentiam alunt ‖ agunt ‖, senectutem oblectant; Arch 16. numquam coniurationis accusatione adulescentiam suam potissimum commendare voluisset; Cael 15. qui adulescentiam in forensi opera consumpserat; Ac II 2. qui totam adulescentiam voluptatibus dedissent; Cael 28. hoc est, quasi qui adulescentiam florem aetatis, senectutem occasum vitae velit definire; Top 32. nisi forte adulescentes pueritiam, paululum ‖ paulum ‖ aetate progressi adulescentiam debent requirere; Cato 33. spectata iam adulescentia filius; seu 37. o adulescentiam traductam eleganter! Planc 31. — 2. permitto aliquid iracundiae tuae, do adulescentiae; Sulla 46. — III. quorum cum adulescentiae cupiditates deferbuissent, eximiae virtutes firmata iam aetate exstiterunt; Cael 43. studia: f. I. init. etsi ipsa ista ‖ ista ipsa ‖ defectio virium adulescentiae vitiis efficitur saepius quam senectutis; Cato 29. — IV. cuius (senatus) auctoritati te ab adulescentia dedisti; Rab Post 7. cum te ex adulescentia tua in amicitiam et fidem meam contulisses; ep VII 17, 2. se meum condiscipulum in pueritia, familiarem in adulescentia commemorabat fuisse; Sulla 18.

adulescentulus. sehr jung, sehr junger Mensch: A. eius duo adulescentuli filii (interfecti sunt); Phil VIII 14. quid (tibi) cum homine adulescentulo? Cael 33. adulescentulus miles ad Capuam profectus sum; Cato 10. — B, I. quae maior calumnia est quam venire imberbum adulescentulum, bene valentem ac maritum; dicere se filium senatorem populi Romani sibi velle adoptare; dom 37. — II. cui tu adulescentulo, quem corruptelarum inlecebris inretisses, non aut ad audaciam ferrum aut ad libidinem facem praetulisti? Catil I 13. — III. etiam noctes certarum mulierum atque adulescentulorum nobilium introductiones non nullis iudicibus pro mercedis cumulo fuerunt; A I 16, 5. — IV. ut dignum est tua erga me et philosophiam voluntate ab adulescentulo suscepta; fin II 96.

adulesco, heranwachsen, erstarken: ut (Romulus) adoleverit; rep II 4. ea cupiditas agendi aliquid adulescit una cum aetatibus; fin V 55. quae (ratio) cum adulevit atque perfecta est, nominatur rite sapientia; leg I 22. quae (viriditas) nixa fibris stirpium sensim adulescit; Cato 51.

adulo, streicheln: »(Iovis satelles) pinnata cauda nostrum adulat sanguinem«; Tusc II 24.

adulor. schmeicheln: adulantem omnes videre te volui; Piso 99. cavendum est, ne adulari nos sinamus; of I 91. quod neque ita aut adulatus aut admiratus fortunam sum alterius, ut me meae paeniteret; div II 6.

adulter. Ehebrecher: 1. caverat sibi ille sororius adulter, ut ..; Piso 28. in his gregibus omnes adulteri, omnes impuri impudicique versantur; Catil II 23. — 2. utrum hic tibi adulter an amator videatur? Cael 79.

adulterinus, falsch, gefälscht: si sapiens adulterinos nummos acceperit imprudens pro bonis; of III 91. testamentum signis adulterinis obsignavit; Cluent 41.

adulterium, Ehebruch: I. 1. cuius nefandum adulterium in pulvinaribus sanctissimis nobilissimae feminae comprehenderunt; Milo 72. stupra et adulteria et omne tale flagitium nullis excitari aliis inlecebris nisi voluptatis; Cato 40. — 2. qui in adulterio deprenditur; de or II 275. — II. hominem lenociniis adulteriisque confectum; Sest 20.

adultero, Ehebruch treiben, fälschen: I. adulterare re turpe est, sed dicitur non obscene; of I 128. — II. quod (ius) neque adulterari pecunia possit; Caecin 73. (simulatio) tollit iudicium veri idque adulterat; Lael 92. quae (voluptas) boni naturam fallaciter imitando adulterat; part or 90.

adultus, erwachsen, erstarkt, entwickelt: adulta aetate filius; Ver V 30. ante Periclem et Thucydidem, qui non nascentibus Athenis, sed iam adultis fuerunt; Bru 27. cum (filiae) iam essent adultae; Tusc V 58. (populum) adultum iam et paene puberem; rep II 21. (eloquentiam) tueamur ut adultam virginem caste; Bru 330.

adumbratio, Umriß, Andeutung: nulla est laus [oratoris], cuius in nostris orationibus non sit aliqua, si non perfectio, at conatus tamen atque adumbratio; orat 103.

Digitized by Google

adumbro, entwerfen, andeuten, erdichten, part. wesenlos, zum Schein: qui non heroum veteres casus fictosque luctus velim imitari atque adumbrare dicendo; de or II 194. istorum adumbratorum deorum liniamenta; nat I 75. excellentis eloquentiae speciem et formam adumbrabimus; orat 43. quo in genere orationis utrumque oratorem cognoveramus, id ipsum sumus in eorum sermone adumbrare conati; de or III 16. luctus: f. casus. in qua (contione) rebus fictis et adumbratis loci plurimum est; Lael 97. speciem: f. formam. Aeschrio, Pipae vir adumbratus; Ver III 77.

aduncitas, Krümmung: cibum (animalia) adripiunt partim aduncitate rostrorum; nat II 122.

aduncus, krumm: esse corpuscula hamata quaedam et quasi adunca; nat I 66. aduncam ex omni parte dentatam et tortuosam venire serrulam; Cluent 180.

advocatio, Berufung, Beistand, Sachverständige: I. advocatio ea est, quam propter eximium splendorem ut indicem unum vereri debeamus; Q Rosc 15. — II, 1. quo maximarum rerum frequentissimae cotidie advocationes fiunt; Ver I 129. quod exercitus armatos movet, id advocationem togatorum non videbitur movisse? Caecin 43. ut a singulis interregibus binas advocationes postulent; ep VII 11, 1. vereor: f. I. — 2. nihil tam copiosa advocatione uterer; Quinct 47. — III. tu in re militari multo es cautior quam in advocationibus; ep VII 10, 2.

advocatus, Beistand, Sachverständiger: I. 1. effugiunt: f. II, 1. perterreo. si constitueris cuipiam te advocatum in rem praesentem esse venturum; of I 32. — 2. isto advocato aut astipulatore; Piso 18. — II, 1. sapientis cogitatio non ferme ad investigandum adhibet oculos advocatos; Tusc V 111. cum ipsum (C. Marium) advocatum ad communem imperatorum fortunam defendendam invocarem; de or II 196. metu perterritis nostris advocatis locum se, qua effugerent, demonstrasse; Caecin 44. — 2. cum reus sine patrono atque advocatis fuisset; Ver II 74. — III. me teste producto credo te ex acclamatione Clodii advocatorum audisse, quae consurrectio iudicum facta sit; A I 16, 4. — IV. cum isti Attici dicunt, non modo a corona, sed etiam ab advocatis relinquuntur; Bru 289.

argumentum, Inhalt, Stoff, Fabel, Stück, Beweis, Beweisgrund: I. argumentum ratio ipsa confirmat atque, simul atque emissum est, adhaerescit; de or II 214. argumentum est ficta res, quae tamen fieri potuit; inv I 27. quos vocas locos? in quibus latent argumenta. quid est argumentum? probabile inventum ad faciendam fidem; part or 5. argumento etiam firmo, quia tamen saepe falsum est, posse recte non credi; part or 117. argumentum (esse) rationem, quae rei dubiae faciat fidem; Top 8. coniugata (argumenta) dicuntur, quae sunt ex verbis generis eiusdem; Top 12. latent: f. est; part or 5. ut mihi nascatur epistulae argumentum; ep XVI 22, 2. multa occurrunt argumenta; de or II 308. — 2. quae certissima sunt huius criminis argumenta; Ver V 79. mihi satis est argumenti esse deos, quod . .; div I 10. — II, 1. quae (argumenta) adsumuntur extrinsecus, ea maxime ex auctoritate ducuntur; Top 24. appello: f. alius, B, II, 5. componendum argumentum est; A XV 4, 3. iam argumenti ratione conclusi caput esse faciunt ea, quae perspicua dicunt; fin IV 8. coniungo: f. I, 1. est; Top 12. equidem cum colligo argumenta causarum, non tam ea numerare soleo quam expendere; de or II 309. unde statim expedita possint argumenta depromere; de or II 117. dico: f. I, 1. est; Top 12. (Servius) mihi dabit argumentum ad te epistulae; A X 13, 2. ex coniunctis sic argumenta ducuntur; de or II 167. argumentis (fides fit), quae ducuntur ex locis aut in re ipsa insitis aut adsumptis; part or 5. a genere sic ducitur (argumentum): Top 13. f. adsumo. emitto: f. I, 1. adhaerescit. expedio: f. depromo. expendo: f. colligo. in superiore genere de tractandis argumentis, in hoc autem etiam de inveniendis cogitandum est; de or II 117. disciplinam inveniendorum argumentorum ab Aristotele inventam illis libris contineri; Top 2. haec argumenta locos communes nominamus; inv II 48. numero: f. colligo. ex quibus (locis) argumenta promuntur; de or II 131. quoniam mihi nullum scribendi argumentum relictum est; ep II 4, 2. argumenta et criminum et defensionis revocentur oportet ad genus et ad naturam universam; de or II 135. his omnibus partibus subiecta quaedam esse argumenta propria; de or I 140. qua ex omni copia plurima et certissima argumenta sumuntur; fin IV 13. tracto: f. invenio; de or II 117. — 2. credo: f. I, 1. est; part or 117. quod ipsum argumento mihi fuit diligentiae tuae; ep X 5, 1. — 3. egeo argumento epistularum; A IX 4, 1. utere argumento, Laeli, tute ipse sensus tui; rep I 59. — 4. intersum inter: f. admonitio, II, 2. si ego omnem vim oratoris in argumentis et in re ipsa per se comprobanda posuissem; de or II 181. huius materiae ad argumentum subiectae perlustrandae animo partes erunt omnes; part or 38. — III. alqd: f. I, 2. div I 10. caput: f. II, 1. concludo. cum in unum quodque eorum (generum) argumentorum

Digitized by Google

copiam dabimus; inv I 16. qui ordo tibi placeat et quae dispositio argumentorum; de or II 179. quod argumentorum genus cuique causarum generi maxime conveniat; de or II 175. est etiam genus argumentorum aliud, quod ex facti vestigiis sumitur, ut telum, cruor; part or 39. plures sunt argumentorum sedes ac loci; de or II 166. ordo: f. dispositio. omni in causa pars argumentorum est adiuncta ei causae solum; pars autem est pervagatior; inv II 47. argumentorum praecepta pauca sunt. traditi sunt, e quibus ea ducantur, duplices loci: uni e rebus ipsis, alteri adsumpti; orat 122. sedes: f. loci. — IV argumentis peccata convinci; part or 116. quae res primo pertenui nobis argumento indicioque patefacta est; Ver pr 17. ne argumentis teneretur reus; part or 117.

arguo, beweisen, beschuldigen, überführen: I, 1 negare oportebit de vita eius et de moribus quaeri sed de eo crimine, quo de arguatur; inv II 37. de quibus quoniam verbo arguit, verbo satis est negare: Sex Rosc 82. — 2. qui tanti sceleris argueret; Sex Rosc 53. — 3. arguis occisum esse a C. Rabirio L. Saturninum; Rabir 18. — II. arguis fatentem: Ligar 10. quod (accusator) ipse arguat; inv II 75. id, quod arguitur ‖ arguetur ‖; inv II 75. feci, quod arguis; Ver III 225. servos neque arguo neque purgo; Sex Rosc 120. — III, 1. quod pecunias praetorem in provincia cepisse arguerent; fin I 24. — 2. se pessimi facinoris arguit; Caecin 25. — 3. te hoc crimine non arguo; Ver V 46. — 4. id quod me arguis; Phil II 29.

argute, scharfsinnig, sinnreich, spitzfindig: qui (L. Brutus) tam acute arguteque coniecerit; Bru 53. ut callide arguteque diceret; orat 98. de rebus aut difficillimis aut non necessariis argutissime disputare; de or II 18. breviter arguteque incluso adversario; Bru 322. si mihi ad haec acute arguteque responderit; Cael 19.

argutiae, sprechender Ausdruck, ausdrucksvolle Darstellung, Rede, Spitzfindigkeit: I. nullae argutiae digitorum; orat 59. — II. huius (C. Titi) orationes tantum argutiarum habent, ut paene Attico stilo scriptae esse videantur. easdem argutias in tragoedias satis ille quidem acute, sed parum tragice transtulit; Bru 167. — III. Demosthenes nihil argutiis et acumine Hyperidi (cedit); orat 110. nihil est, quod illi non persequantur argutiis; Lael 45.

argutulus, ein wenig scharfsinnig: perfeci sane argutulos libros ad Varronem; A XIII 18.

argutus, ausdrucksvoll, bedeutsam, scharfsinnig, geistreich, spitzfindig: quis illo (Catone) in sententiis argutior? Bru 65. ex ambiguo dicta vel argutissima putantur; de or II 250. sunt, qui vel argutissima haec exta esse dicant; div II 29. genera Asiaticae dictionis duo sunt: unum sententiosum et argutum: Bru 325. velim obvias mihi litteras quam argutissimas mittas; A VI 5, 1. manus minus arguta, digitis subsequens verba, non exprimens; de or III 220. C. Memmius argutus orator verbisque dulcis: Bru 247. sunt (sententiae) delectandi quasi argutae, commovendi graves; opt gen 5.

aridus, trocken, dürr, mager: in aliis (locis) esse pituitosos et quasi redundantes, in aliis exsiccatos atque aridos; fat 7. sive illud aridum est sive umidum; nat II 136. cum arida folia laureae rettulisses; Piso 97. genus sermonis adfert non liquidum, non fusum ac profluens, sed exile, aridum, concisum atque minutum; de or II 159.

aries, Widder, Sturmbock: I. nihilo erat ipse Cyclops quam aries ille prudentior; Tusc V 115. quamvis murum aries percusserit; of I 35. — II. ARIES SUBICITUR ille in vestris actionibus: SI TELUM . .; Top 64.

arista, Spitze: (viriditas) contra avium minorum morsus munitur vallo aristarum; Cato 51.

aristolochia, Osterluzei: quid aristolochia ad morsus serpentium possit; div I 16.

arithmetica, Rechenkunst: Vestorium, hominem remotum a dialecticis, in arithmeticis satis exercitatum; A XIV 12, 3.

arma, Waffen, Kampf, Rüstung, Geräte, Werkzeug: I, 1. scire cupio, quid tandem in isto versu reprehendas: „cedant arma togae"; Piso 73. arma esse suis nominibus alia ad tegendum, alia ad nocendum: Caecin 60. cum arma essent in templis, armati in foro; Sest 35. arma membra militis esse dicunt: Tusc II 37. metum credo valuisse et arma; Phil II 107. — 2. non esse arma caespites neque glebas; Caecin 60. aptissima omnino sunt arma senectutis artes exercitationesque virtutum; Cato 9. — II. 1. armis aut condicione positis aut defetigatione abiectis aut victoria detractis; ep VI 2, 2. interficiendi Saturnini causa C. Rabirium arma cepisse; Rabir 19. sero nos iis armis adversari videbam, quae multo ante confirmata per nosmet ipsos erant; ep VI 1, 5. repente lintribus in eam insulam materiem, calcem, caementa, arma convexit; Milo 74. denuntio vim, arma: removete! Phil I 26. cum nos arma posuerimus, illi non deposuerint; Phil XII 13. detraho: f. abicio. ex armamentariis publicis arma populo Romano dantur; Rabir 20. cum extorquere arma posset e manibus iratorum civium boni civis auctoritas et oratio; Bru 7. tulit arma contra te; Ligar 16. se utraque arma metuere; A XV 1, 3. pono: f. abicio, depono. removeo: f. denuntio. ad ludendumne an ad pugnandum arma sint sumpturi; de or II 84. quid tam necessarium, quam tenere semper arma, quibus vel tectus ipse esse possis vel provocare integer ‖ improbos, al. ‖ vel te ulcisci lacessitus? de or I 32. non minus se nostrorum arma timere quam Antonii; A XV 1, a, 3. equidem angor animo non consilii, non ingenii, non auctoritatis armis egere rem publicam, quae didiceram tractare quibusque me adsuefeceram; Bru 7. — 2. adversor: f. 1. confirmo. — 3. egeo: f. 1. tracto. ille a me spoliatus armis audaciae; Catil II 14. — 4. cum coëgeris homines miseros ad vim, ad manus, ad arma confugere; Ver I 82. fuistisne ad arma ituri? Sest 81. ad arma rem spectare; ep XIV 5, 1. fore in armis certo die C. Manlium; Catil I 7. — III. ut defuerit civium studiis potius quam eos in armorum discrimen adduceret; Phil X 14. armorum ista et victoriae sunt facta, non Caesaris; ep VI 6, 10. hic omnia facere omnes, ne armis decernatur, quorum exitus semper incerti; A VII 3, 5. exauditus est horribilis fremitus armorum; har resp. 20. nec dixerim tam libenter „armum indicium"; orat 155. armorum officinas in urbe videtis; Phil VII 13. nec inter tantam vim armorum existimarem esse oratori locum; Milo 2. — IV, 1. adsuefacere: f. II, 1. tracto. cum omnia vi et armis egeris; Sest 78. utrum utilius senatui nostro armis cum hoste certare an venenis? of III 87. decernere: f. III. exitus. armis decertare pro mea salute nolui; Quir 13. Antonii incredibilis quaedam vis ingenii videtur, etiamsi hac scientia iuris nudata sit, posse se facile ceteris armis prudentiae causas tueri atque defendere; de or I 172. quem (tyrannum) armis oppressa pertulit civitas; of II 23. qui hunc P. Varium pellere possessionibus armis castrisque conatus est; Milo 74. qui poëtam armis persequare; Piso 73. provocare: f. II, 1 teneo. in discessu civium exercitu se armisque revocavit; Quir 7. armis barbarorum stipatus Antonius; Phil XIII 18. quin contentione et armis superior posset esse; Planc 89. tegi: f. II, 1. teneo. armis et castris temptata res est; of II 84. tueri: f. defendere. qui victi armis sunt; Font 49. ulcisci: f. II, 1. teneo. armis urgeri rem p. sempiternis; ep VI 2, 2. — 2. silent leges inter arma; Milo 11. quid est vobis consulibus gestum sine armis? Piso 15.

Digitized by Google

armamenta, Takelwerk: »quem (Austrum) si prospiciens vitaveris omnia caute armamenta locans«; fr H IV 441.

armamentarium, Zeughaus: qui (Philo) Atheniensibus armamentarium fecit; de or I 62. f. **arma**, II, 1. do.

armarium, Schrank: I. cum esset in aedibus armarium, in quo sciret esse nummorum aliquantum et auri; Cluent 179. — II. minus clarum putavit fore, quod de armario, quam quod de sacrario esset ablatum; Ver IV 27. sum in: f. I.

armatura, Bewaffnung, Waffengattung: I. potest: f. II. invenio. — II. ut ab imperatore (conlocantur) equites, pedites, levis armatura; Bru 139. contra equitem Parthum negant ullam armaturam meliorem inveniri posse; ep IX 25, 1. — III. 1. haec fuerit nobis tamquam levis armaturae prima orationis excursio; div II 26. — 2. (Deiotarus) habet cohortes quadringenarias nostra armatura xxx; A VI 1, 14.

armatus f. **armo.**

armentum, Großvieh: I. ut bos armenta, sic ego bonos viros sequar; A VII 7, 7. — II. caedit greges armentorum reliquique pecoris; Phil III 31. quod L. Papirius P. Pinarius censores multis dicendis vim armentorum a privatis in publicum averterant; rep. II 60.

armiger, Waffenträger: quis est Sergius? armiger Catilinae; dom 13.

armilla, Armband: armillae: rep IV 14.

armo, rüsten, ausrüsten, bewaffnen: armatos, si Latine loqui volumus, quos appellare vere possumus? opinor eos, qui scutis telisque parati ornatique sunt; Caecin 60. perinde valebit, quasi armatissimi fuerint, si reperientur ita parati fuisse, ut vim vitae aut corpori potuerint adferre; Caecin 61. qui (inermes) vim armatorum haberent ad nocendum; Caecin 63. non fuerunt armati, cum fustibus et cum saxis fuerunt; Caecin 64. quem sua lege et suo beneficio ornatum, munitum, armatum solet gloriari; Sest 135. quidam non modo armatis, sed interdum etiam otiosis minabantur; Marcel 18. tota illa lex accusationem tuam, si haberes nocentem reum, fortasse armasset; Muren 46. alias (animantes) esse cornibus armatas; nat II 121. consules, sceleris sui socios, aerario, provinciis, exercitu armavit; har resp. 58. non fuit recusandum, quin multa uterque dux faceret armatus, quae idem togatus fieri prohibuisset; Marcel 24. fortitudo satis est instructa, parata, armata per sese; Tusc IV 52. vi armatis hominibus deiectum esse eum, quem vi armatis hominibus pulsum fugatumque esse constet, Caecin 75. si dilecta inventus contra Milonis impetum armata est; Milo 67. armatis militibus refertum forum (viderat); Deiot 33. siquidem in hunc unum tota res publica armata est; Milo 67. clivum Capitolinum plenum servorum armatorum fuisse; Phil II 16. socios: f. consules. publicam causam contra vim armatam sine populi praesidio suscipere nolui; dom 91.

aro, ackern, pflügen, beackern: I, 1, a. ad arandum bovem esse natum; fin II 40. — b. ipsam rationem arandi spe magis et iucunditate quadam quam fructu atque emolumento teneri; Ver III 227. — 2. ut (civitates) arent, ut serant; Ver III 44. — II. agrum: f. **ager**, II, 1. aro. cum terra araretur et sulcus altius esset impressus; div II 50.

arr — f. **adr** —

ars, Kunst, Wissenschaft, Theorie, Lehrbuch der Redekunst, Rhetorik, Fertigkeit, Gewerbe, Beruf, Geschicklichkeit, Eigenschaft, Gewohnheit: I absolut: 1. ars cum a natura profecta sit, nisi natura moveat ac delectet, nihil sane egisse videatur; de or III 197. inter ingenium et diligentiam perpaulum loci reliquum est arti. ars demonstrat tantum, ubi quaeras atque ubi sit illud, quod studeas invenire; de or II 150. quod numquam (Scaevola) effecisset ipsius iuris scientia, nisi eam praeterea didicisset artem, quae doceret rem universam tribuere in partes, latentem explicare definiendo, obscuram explanare interpretando, ambigua primum videre, deinde distinguere, postremo habere regulam, qua vera et falsa iudicarentur; Bru 152. cuius ipsius (Isocratis) quam constet ‖ constat ‖ esse artem, non invenimus; inv II 7. (Charmadas) artem negabat esse ullam, nisi quae cognitis penitusque perspectis et in unum exitum spectantibus et numquam fallentibus rebus contineretur; de or I 92. existimesne artem aliquam esse dicendi? de or I 102. ut ex iis rebus, quarum ars nondum sit, artem efficere possit; de or I 186. res mihi videtur esse facultate praeclara, arte mediocris. ars enim earum rerum est, quae sciuntur; oratoris autem omnis actio opinionibus, non scientia, continetur; de or II 30. multae sunt artes eximiae huius administrae comitesque virtutis; imp Pomp 36. ars est praeceptionum exercitatarum constructio ad unum exitum utilem vitae pertinentium; fr I 26. cum duae civiles artes ac forenses plurimum et laudis haberent et gratiae; Bru 155. nulla ars imitari sollertiam naturae potest; nat I 92. movet: f. agit. ars, cum ea non utare, scientia tamen ipsa teneri potest; rep I 2. cogitare debebis nullam artem litteris sine interprete et sine aliqua exercitatione percipi posse; ep VII 19. f. imitatur. proficiscitur: f. agit. materiam artis eam dicimus, in qua omnis ars et ea facultas, quae conficitur ex arte, versatur; inv I 7. neque eo, quod eius ars, quam (Hermagoras) edidit, mihi mendosissime scripta videatur; nam satis in ea videtur ex antiquis artibus ingeniose et diligenter electas res conlocasse; inv I 8. f. agit. — 2. quam (prudentiam) artem vitae esse diximus; fin V 18.

II. nach Verben: 1. adhibita exercitatione et arte; Ac II 20. artem se tradere bene disserendi et vera ac falsa diiudicandi, quam verbo Graeco διαλεκτικὴν appellaret; de or II 157. ad eas artes, quibus a pueris dediti fuimus, celebrandas inter nosque recolendas; de or I 2. ne cognoscat artem, qui audiat; de or II 177. contineo: f. I, 1. est; de or I 92. libenter artem desinerem; ep VII 1, 4. quam (speciem artifex) intuens in eaque defixus ad illius similitudinem artem et manum dirigebat; orat 9. si quis aliam artem didicerit; de or I 246. f. I, 1. docet. edo: f. I, 1. videtur. ars est effecta eadem saepe animadvertendo ac notando; div I 25. f. I, 1. est: de or I 186. perfectam artem iuris civilis habebitis; de or I 190. inlustrare oratione si quis istas ipsas artes velit; de or I 61. invenio: f. I, 1. est; inv II 7. cum ei (Themistocli) Simonides artem memoriae polliceretur, „oblivionis“, inquit, „mallem“; fin II 104. mitto hasce artes vulgares, coquos, pistores lecticarios; Sex Rosc 134. ut omittam has artes elegantes et ingenuas; fin III 4. ita notatio naturae et animadversio peperit artem; orat 183. percipio: f. I, 1. potest; ep VII 19. perficio: f. habeo. ut artem dicendi perscriberemus; inv II 4. polliceor: f. malo. recolo: f. celebro. quod totum arte tinctum videtur, tametsi artem requirit, tamen ..; de or II 120. scribo: f. I, 1. videtur. teneo: f. I, 1. potest; rep. I 2. nos ea, quae consecuti sumus, iis studiis et artibus esse adeptos, quae sint nobis Graeciae monumentis disciplinisque tradita; Q fr I 1, 28. f. appello. quod adsiduus usus uni rei deditus et ingenium et artem saepe vincit; Balb 45. — 2. quorum (divinandi generum) alterum artis est, alterum naturae; div I 11. — 3. dedo: f. 1. celebro. si optimis a pueritia disciplinis atque artibus studuisses et in his elaborasses; div Caec 39. artibus ea tribuuntur operosis; of II 17. — 4. utor: f. I, 1. potest; rep I 2. — 5. qui ab utrisque ea, quae commode dici videbantur, in suas artes contulerunt; inv II 8. conficio ex: f. I, 1. versatur. conloco in, eligo ex:

Digitized by Google

f. I, 1. videtur. elaboro in: f. 3. — quorum nihil in ceteris artibus inveniebamus; inv I 33. non omnia, quaecumque loquimur, mihi videntur ad artem et ad praecepta esse revocanda; de or II 44. hoc idem, quod est in naturis rerum, transferri potest etiam ad artes; de or III 26. Servius in omnibus ingenuis artibus ita versatur, ut excellat; ep IV 3, 4.

III. **nach Adjectiven:** 1. nec plenum artis argentum (aspiciebat); Tusc V 62. (Zeno) censet artis maxime proprium esse creare et gignere; nat II 57. disciplina digna studiosis ingenuarum artium; fin V 74. — 2. reliquus: f. I, 1. demonstrat. — 3. aut nulla aut humili aliqua arte praeditis; Arch 10.

IV. **nach Substantiven:** si qui aliarum artium bene locuti sunt; de or II 37. influxit abundantissimus amnis illarum disciplinarum et artium; rep II 34. caput esse artis decere; de or I 132. quae cognatio studiorum et artium prope modum non minus est coniuncta, quam ista generis et nominis; Ver IV 81. quodsi minus instructus erit magnarum artium disciplinis; orat 4. exposito genere huius artis et officio et fine et materia et partibus; inv II 11. ceterarum homines artium spectati et probati; de or I 124. quarum (artium) iudicium est oculorum; nat II 145. si placuerit, vos meam defensionem in aliquo artis loco reponetis; de or II 198. nec ulli bonarum artium magistri non beati putandi; Cato 29. distributione partium ac separatione magnitudines sunt artium deminutae; de or III 132. materia, officium, partes: f. finis. I, 1. versatur. quod Graecos homines partitionem quandam artium fecisse video; de or I 22. ut virtutis aut artis alicuius perceptionem; inv I 36. cum habeam optimarum artium scientiam; ep VII 3, 4. ab artis scriptoribus maxime neglectum (est); inv I 50. quia ceterarum artium studia fere reconditis atque abditis fontibus hauriuntur; de or I 12. varietas est tanta artium, ut . .; fin V 7. Chaldaei non ex artis, sed ex gentis vocabulo nominati; div I 2. — 2. illa, quae sine arte appellantur; part or 48. eorum multa de arte praecepta reperimus; inv II 8.

V. **Umstand:** 1. si haec accendi aut commoveri arte possunt; inseri quidem et donari ab arte non possunt; de or I 114. omnia fere, quae sunt conclusa nunc artibus, dispersa et dissipata quondam fuerunt; de or I 187. quod ego eruditissimorum hominum artibus eloquentiam contineri statuam; de or I 5. qui ingenuis studiis atque artibus delectantur; fin V 48. cum artibus honestissimis erudiretur; Cael 9. mediocris: f. I, 1. est; de or II 30. eburneae Victoriae, antiquo opere ac summa arte perfectae; Ver IV 103. si meliora sunt ea, quae natura, quam illa, quae arte perfecta sunt; nat II 87. cui persuasum sit appellari ceteros homines, esse solos eos, qui essent politi propriis humanitatis artibus; rep I 28. quod tradi arte non possit; de or I 132. — 2. quid hic meus frater ab arte adiuvari potuit, cum . .? de or II 220. f. 1. accendi. multo maximum ex arte dicere; inv I 8. quod non habuerit in hac dicendi arte aliena facultatem; de or I 50. si hoc in his quasi mutis artibus est mirandum; de or III 26.

arte, eng, fest: cum illum pugnum arte vehementerque compresserat; Ac II 145. postquam illos artius iam ex lassitudine dormire sensit; inv II 14. illud arte tenent; par 14.

arteria, Luftröhre, Schlagader: I. venae et arteriae micare non desinunt quasi quodam igneo motu; nat II 24. cum aspera arteria (sic enim a medicis appellatur) ostium habeat adiunctum linguae radicibus; nat II 136. a pulmonibus arteria usque ad os intimum pertinet; nat II 149. — II, 1. appello: f. I. habet. — 2. et sanguis per venas in omne corpus diffunditur et spiritus per arterias; nat II 138.

arthriticus, an der Gicht leidend: non arbitror cocum etiam te arthriticum habere; ep IX 23.

articulatim, gegliedert: quae fuse olim disputabantur ac libere, ea nunc articulatim distincta || † delecta, al. || dicuntur; leg I 36.

articulus, Knoten, Gelenk, Glied, Teil, Satzglied, Augenblick: I. non ad numerum articulus cadens; orat 59. multa sunt verba, quae quasi articuli conectunt membra orationis; de or II 359. — II. exsistit tamquam ad articulos sarmentorum ea, quae gemma dicitur; Cato 53. — III. Terentia magnos articulorum dolores habet; A I 5, 8. — IV, 1. si (continuatio verborum) est articulis membrisque distincta; de or III 186. — 2. ut eum suis condicionibus in ipso articulo temporis astringeret; Quinct 19.

artifex, kunstfertig, Künstler, Meister, Schöpfer: A. servos artifices pupilli cum haberet domi; Ver I 92. — B, I, 1. hoc in oratore Latino primum mihi videtur apparuisse iam artifex, ut ita dicam, stilus; Bru 96. si probus eius (mundi est) artifex; Tim 6. illi artifices corporis simulacra ignotis nota faciebant; ep V 12, 7. Theodectes, in primis politus scriptor atque artifex, hoc idem et sentit et praecipit; orat 172. quae Graeci dicendi artifices et doctores reliquerunt; de or I 23. sentit: f. praecipit. videtur: f. apparet. — 2. si consuetudo est artifex suavitatis; orat 161. (sapientia) expetitur, quod est tamquam artifex conquirendae et comparandae voluptatis; fin I 42. — II. palam artifices omnes, caelatores et vascularios, convocari iubet; Ver IV 54. quam || quas || (artem) si subtraxeris, qui distingues artificem ab inscio? Ac II 22. — III. ut aiunt in Graecis artificibus eos auloedos esse, qui citharoedi fieri non potuerint; Muren 29.

artificiose, kunstvoll: quod in operibus nostrarum artium manus efficiat, id multo artificiosius naturam efficere; nat II 57.

artificiosus, kunstreich, künstlich, kunstgemäß: quod ex his suspicio quaedam apparationis atque artificiosae diligentiae nascitur; inv I 25. quae (divinatio) artificiosa dicitur, extorum, fulgorum; div I 127. artificiosa eloquentia, quam rhetoricam vocant; inv I 6. ea genera divinandi non naturalia, sed artificiosa dicuntur; div I 72. ut eam (naturam Zeno) dicat ignem esse artificiosum; nat II 57. aurium est admirabile quoddam artificiosumque iudicium; nat II 146. mundi natura non artificiosa solum, sed plane artifex ab eodem Zenone dicitur; nat II 58. qui (rhetores) elegantissimi atque artificiosissimi putati sunt; inv I 61.

artificium, Kunst, Theorie, System, Kunstfertigkeit, Kunstgriff, List, Ränke, Kunstwerk: I. haec opera atque artificia, signa, tabulae pictae Graecos homines nimio opere delectant; Ver IV 132. neque artificium ullum esse dicendi; de or I 93. quod existimant artificium esse hoc quoddam non dissimile ceterorum, cuius modi de ipso iure civili hesterno die Crassus componi posse dicebat; de or II 83. esse non eloquentiam ex artificio, sed artificium ex eloquentia natum; de or I 146. potest: f. est. — II, 1. compono: f. I. est. aliis quoque rationibus tractari argumentationes in philosophia multis et obscuris, de quibus certum est artificium constitutum; inv I 77. non iam satis est consilio pugnare; artificium quoddam excogitandum est; ep IX 16, 2. (Cuspius) putat me eius generis artificium quoddam tenere; ep XIII 6, 3. — 2. ii videntur errare, qui hoc genus suspicionum artificii non putant indigere; inv II 47. — 3. a necessariis artificiis ad elegantiora defluximus; Tusc I 62. cum illa verba gravissima ex intimo artificio deprompsisset; Cluent 58. ut, in quo quisque artificio excelleret, is in suo genere Roscius diceretur; de or I 130. de artificio dicendi litteris tam multa mandare; orat 140. nascor ex:

Digitized by Google

f. I. nascitur. ex artificio res istae praecepta non quaerunt; de or II 50. — III. non tu in isto artificio accusatorio callidior es quam hic in suo; Sex Rosc 49. — IV. eius artificii cognitio eius modi est, ut non ad huius artis partem aliquam adiungi possit; inv I 86. opinionem istorum studiorum et suspicionem artificii apud eos, qui res indicent, oratori adversariam esse arbitror; de or II 156. — V, 1. quanto quasi artificio natura fabricata esset animal omne; Ac II 30. pocula Mentoris manu summo artificio facta; Ver IV 38. quod erat illi (Quinto fratri) non nullorum artificiis inculcatum; A I 17, 2. haec (enumeratio) si semper eodem modo tractabitur, perspicue ab omnibus artificio quodam tractari intellegetur; inv I 98. — 2. illum ex artificio comico aestimabat; Q Rosc 28.

artolaganus, Brotkuchen: dediscendae tibi sunt sportellae et artolagani tui; ep IX 20, 2.

artus, eng, fest: nec haec ita sunt arta et astricta, ut ..; orat 220. artioribus apud populum Romanum laqueis tenebitur; Ver I 13. me artior quam solebat somnus complexus est; rep VI 10. concordia, artissimum vinculum incolumitatis; rep II 69.

artus, Gelenk, Glied, Gliedmaßen: I. quod vehementer eius (Posidonii) artus laborarent; Tusc II 61. — II, 1. a quibus (nervis) artus continentur; nat II 139. — 2. si exstingui tranquille volumus, cum in his artibus vixerimus; fr F V 97. — III. propter dolorem artuum; Bru 217. — IV. ut tota mente atque artubus omnibus contremescam; de or I 121.

arula, kleiner Altar: ante hos deos erant arulae, quae cuivis religionem sacrarii significare possent; Ver IV 5.

arvus, bebaut, nentr. Saatfeld, Flur: A. agri arvi et arbusti et pascui lati atque uberes definiebantur; rep V 3. — B. prata et arva diliguntur isto modo, quod fructus ex iis capiuntur; nat II 122.

arx, Burg, Schutzwehr: I, 1. vobis arcem et Capitolium commendat; Catil IV 18. arcem Stoicorum defendis; div I 10. munite communem arcem bonorum; Sulla 79. cum Tarento amisso arcem tamen ille eius retinuisset; de or II 273. — 2. libido concitatur; in eandem arcem confugiendum est; Tusc II 58. num potui magis in arcem illius causae invadere? ep I 9, 8. — II. non Capitolii atque arcis obsessio est; Rabir 35. — III. cum in arce augurium augures acturi essent; of III 66.

as, Aß: assem sese negat daturum: Quinct 19. qui cum locupletes assiduos appellasset ab asse dando; rep II 40. — quod (M. Seius) in caritate asse modium populo dedit; of II 58.

ascea, Axt: »rogum ascea ne polito«; leg II 59.

ascendo, emporsteigen, sich erheben, ersteigen, besteigen: I. (C. Staienus) ascendisset ad honores, nisi ..; Bru 241. (Curio) ad summam amplitudinem pervenisset ascendens gradibus magistratuum; Bru 281. a minoribus ad maiora ascendimus; part or 12. cum in contionem ascenderis; fin II 74. ut, cum Inciperet, in Amanum ascenderem; ep XV 4, 8. cuius (gloriae) gradibus etiam in caelum homines viderentur ascendere; Milo 97. lex peregrinum vetat in murum ascendere; de or II 100. sol ut accedat ad brumale signum et inde sensim ascendat in diversam partem; de or III 178. quae (verba) ascendunt gradatim ab humilioribus [verbis] ad superiora; part or 54. est quiddam medium, sed suum cuique voci hinc gradatim ascendere vocem et suave est et ..; de or III 227. — II. quae (accusatio) facilius possit Alpes quam paucos aerarii gradus ascendere; Font 4. te adversam ascendisse ripam; div I 58.

ascensio, Aufschwung: quorum quae fuerit ascensio; Bru 137.

ascensus, Aufgang, Zugang: I. hoc iis (animis) faciliorem ascensum et reditum in caelum fore; fr F V 97. — II, 1. quod (oppidum) erat difficili ascensu atque ardno; Ver IV 51. — 2. M. Manlius cum ab ascensu Capitolii Gallorum impetum reppulisset; dom 101. — III. is (Demosthenes) inambulans atque ascensu ingrediens ardno; de or I 261.

ascisco, herbeiholen, aufnehmen, annehmen, sich aneignen, billigen: I. nemo, quem non ad hoc incredibile sceleris foedus asciverit; Catil II 8. Sabinos in civitatem ascivit; rep II 13. ut sibi omnia, quae clarorum virorum essent, non dubitaret asciscere; Bru 268. aut iustitiam aut amicitiam propter utilitates asciscі aut probari; fin III 70. idcirco hanc consuetudinem libenter ascivimus; Bru 209. Caria et Phrygia et Mysia asciverunt aptum suis auribus opimum quoddam genus; orat 25. iustitiam: f. amicitiam. asciverunt sibi illud oppidum piratae primo commercio, deinde etiam societate: Ver IV 21. eos expertes esse illius prudentiae, quam sibi asciscerent; de or I 87. regem alienigenam sibi ipse populus ascivit; rep II 25. tu invita mulieres, ego arcivero ‖ asc., acc. ‖ viros; A V 1, 3. — II. cives undique fortes viros asciverunt: Balb 51.

ascribo, hinzuschreiben, hinzufügen, zuschreiben, eintragen, bestimmen, festsetzen: I. et Arruntius ita te mandasse aiebat, et tu ascripseras; ep VII 18, 4. — II. te id non reprehendere ascribis; ep I 9, 4. — III. (L. Manlius Sosis) erat ascriptus in id municipium ante civitatem sociis et Latinis datum; ep XIII 30, 1. quod ascribi ad legem nefas est: inv I 56. (Caesarem) hoc scribere causamque eam ascribere, quae ..; A XIII 7, 1. colonos novos ascribi posse rescripsi; Phil II 102. hoc incommodum Scipioni ascribendum videtur; inv I 91. ad hoc genus ascribamus etiam narrationes apologorum; de or II 264. qui hanc poenam foederibus ascribat, ut ..; Balb 20. Terentia salutem tibi plurimam ascribit; A I 5, 8. sin Thucydidem laudabit, ascribat suae nostram sententiam; opt gen 16. — IV. quod vulgo hominum opinio socium me ascribat tuis laudibus; ep IX 14, 1. tyrannus petivit, ut se ad amicitiam tertium ascriberent; of III 45. eum tutorem liberis non ascripsit; Cluent 34.

ascripticius, neu eingetragen: quos quasi novos et ascripticios cives in caelum receptos putant; nat III 39.

ascriptio, schriftlicher Zusatz: declarat ista ‖ ipsa ‖ ascriptio esse aliquid; Caecin 95.

ascriptor, Mitunterzeichner, Förderer: I, 1. ille novicius Ligus, venalis ascriptor ‖ scriptor ‖ et subscriptor tuus, dixit ..; dom 49. — 2. exstitit ‖ dimittit, al. ‖ ascriptor dignitatis meae; sen 26. — II. conlegas suos ascriptores legis agrariae non repudiabit; agr II 22.

asellus, Esel: I. ut in tanta libertate aselli denique liberi sic incurrant, ut iis de via decedendum sit; rep I 67. — II. „agas asellum“; de or II 258.

Asiaticus, asiatisch: cum inclinata ululantique voce more Asiatico canere coepisset; orat 27.

asinus, Esel: I, 1. scio me asinum germanum fuisse; A IV 5, 3. — 2. quid nunc te, asine, litteras doceam? Piso 73. — II. longum est mulorum persequi utilitates et asinorum; nat II 159.

asotus, Wüstling, Schwelger: posse asotos ex Aristippi schola exire; nat III 77. — II. nolim mihi fingere asotos, ut soletis, qui in mensam vomant; fin II 23.

aspectabilis, sichtbar: corporeum et aspectabile itemque tractabile omne necesse est esse, quod natum est; Tim 13.

aspecto, anschauen: quid me aspectas? Planc 101.

aspectus, Blick, Sehkraft, Gesicht, Gesichtskreis, Anblick, Aussehen (vgl. **aspicio,** I, 1, b): I. si forte eos (philosophos) primus aspectus mundi conturbaverat; nat II 90. versatur mihi ante

Digitized by Google

oculos aspectus Cethegi; Catil IV 11. auctionis miserabilis aspectus; Phil II. 73. — II, 1. quibus (Cimmeriis) aspectum solis natura ademerat; Ac II 61. aspicite, iudices, vultum hominis et aspectum; Ver III 22. oculos fecit mobiles, ut aspectum, quo vellent, facile converterent; nat II 142. qui si ex illa iactatione populari referunt aspectum in curiam; prov 38. — 2. ut res caecas et [ab] aspectu[s iudicio] remotas conformatio quaedam ita notaret, ut . . : de or II 357. — 3. si neque sol neque caelum sub oculorum aspectum cadere potuissent; Tim 52. quod templum in oculis cotidianoque aspectu populi Romani positum est: Ver I 129. quae sub aspectum veniunt; de or II 358. — III. (urbs) sita est praeclaro ad aspectum; Ver IV 117. ut, quicquid in his rebus fiat utiliter ad pugnam, idem ad aspectum etiam sit venustum; orat 228. — IV. rerum, quasi gerantur, sub aspectum paene subiectio (permultum movet); de or III 202. — V. e quibus (litteris) hanc primo aspectu voluptatem cepi, quod erant a te ipso scriptae; A VII 3, 1. uno aspectu intueri potestis eos, qui . . ; Sest 1. non adsidens et attente audiens, sed uno aspectu et praeteriens de oratore saepe iudicat; Bru 200. quae aspectu sentiuntur; of I 14.

aspello, wegtreiben: »longe a leto numine aspellor Iovis«; Tusc II 25.

asper, uneben, rauh, streng, derb, hart, herb: A (Stoici) horridiores evadunt, asperiores, duriores et oratione et moribus; fin IV 78. quae Stoici aspera dicunt; fin V 93. esse corpuscula quaedam levia, alia aspera; nat I 66. urguentibus asperis et odiosis doloribus: Tusc II 67. plura genera, lene asperum, contractum diffusum . . : de or III 216. in locis illa naturalia (spectantur), plani an montuosi, leves an asperi; part or 36. scilicet aspera mea natura, difficilis aditus; Vatin 8. quod ipsum alii aspera, tristi, horrida oratione, alii levi et structa et terminata: orat 20. tristis res est sine dubio, aspera, amara, inimica naturae: Tusc II 18. quod est tam asperum saxetum, in quo agricolarum cultus non elaboret? agr II 67. hanc viam asperam atque arduam esse: Sest 100. — B. quid iudicant sensus? dulce amarum, leve asperum; fin II 36.

aspere, rauh, streng, derb, grob: posteaquam Pompeius in senatu a Catone aspere et acerbe nimium est accusatus; ep I 5, b, 1. ut multa in adversarios aspere (dicantur); orat 127. alterum libere facere, non aspere; Lael 91. cum M. Cato aspere apud populum Romanum et vehementer esset locutus; de or I 227. asperius me, quam mei patiantur mores, de Dionysio scripsisse; A IX 15, 5. quod eum (Pompeium Marcellinus) nimis aspere tractat; Q fr II 4, 5. alter vestitus aspere nostra hac purpura plebeia; Sest 19. quis vituperare improbos asperius potest? de or II 35.

aspergo, spritzen, bespritzen, hinzufügen, beschmutzen, beschimpfen: qui istius facti non modo suspicione, sed ne infamia quidem est aspersus: Cael 23. eodem fonte se hausturum intelleget (Caesar) laudes suas, e quo sit leviter aspersus; ep VI 6, 9. sive habeas. [vere] quod narrare possis, quod tamen est mendaciunculis aspergendum; de or II 241. hoc aspersi, ut scires me tamen in stomacho solere ridere: ep II 16, 7. f. molestiam. ne aram sanguine aspergeret; nat III 88. nunc mihi iucunditatis plena epistula hoc aspergit molestiae, quod . . ; Q fr II 10, 1. huic generi orationis aspergentur etiam sales; orat 87. Aebutio sextulam aspergit; Caecin 17. hunc tu vitae splendorem maculis aspergis istis? Planc 30.

asperitas, Rauheit, Härte, Herbheit, Wildheit; I. „ex usu“ dicunt et „e re publica“, quod in altero vocalis excipiebat, in altero esset asperitas, nisi litteram sustulisses, ut „exegit, edixit“; orat 158. — II. in qua (oratione) asperitas contentionis oratoris ipsius humanitate conditur; de or II 212. rusticam asperitatem fugere discamus; de or III 44. illorum (Stoicorum) tristitiam atque asperitatem fugiens Panaetius: fin IV 79. habeo: f. III. — III. quae (figura) nihil asperitatis habere, nihil offensionis potest; nat II 47. — IV, 1. qui (homines) non patiuntur eam (terram) stirpium asperitate vastari: nat II 99. — 2. in eis vel asperitatibus rerum vel angustiis temporis: de or I 3. sine hac iudiciali asperitate; de or II 64.

aspernatio, Verschmähung: quorum (animorum) omnes morbi et perturbationes ex aspernatione rationis eveniunt; Tusc IV 31.

aspernor, zurückweisen, verwerfen, verschmähen, verleugnen (pass. f. II. alqm): I. quod facillimum factu est non aspernante senatu; ep XV 10, 1. — II. qui habet, ultro appetitur; qui est pauper, aspernatur; fr E II 3. gustatus quam cito id, quod valde dulce est, aspernatur ac respuit! de or III 99. cuius ego furorem atque crudelitatem deos immortales a suis aris atque templis aspernatos esse confido; Cluent 194. (animal) aspernatur dolorem ut malum; fin II 31. furorem: f. crudelitatem. eam (gratiam) ne aspernere; ep V 12, 3. utrum aperte hominem asperner et respuam; A XIII 38, 2. quamquam non aspernor Trebatii litteras; A VII 17, 3. malum: f. dolorem. nomen aspernari publicani non possunt; Q fr I 1, 33. quam (philosophiam) haec civitas aspernata numquam est; de or II 154. qui aspernetur oculis pulchritudinem rerum; Cael 42. nemo ipsam voluptatem, quia voluptas sit, aspernatur aut odit aut fugit; fin I 32.

aspersio, Bespritzen: num etiam Veneris Coae pulchritudinem effici posse aspersione fortuita putas? div I 23. illud aspersione aquae tollitur; leg II 24.

aspicio, blicken, hinblicken, anblicken, ansehen, sehen, erblicken, beachten, betrachten: I, 1, a. ea contemplari cum cuperem, vix aspiciendi potestas fuit; de or I 161. — b. qua (uva, vite) quid potest esse aspectu pulchrius? Cato 53. — 2. ut possit is illa omnia cernere, qui tantum modo aspexerit; de or III 145. quocumque aspexisti; par 18. — II. nonne aspicis, quae in templa veneris? rep VI 17. — III. quo animo C. Murenam fratrem suum aspiciet? Muren 89. an L. Antonium aspicere potero? Phil XII 20. sive immolaris sive avem aspexeris: div II 149. cum ipse numquam forum, numquam ullum iudicium aspexerit; de or II 75. fratrem: f. alqm. ego frumentum neque attigi neque aspexi; Ver III 175. Graeci homines hostem aspicere non possunt: Tusc II 65. ut eius (orationis) vim et incitationem aspexerim: de or I 161. iudicium: f. forum. lucem aspicere vix possum; A III 7, 1. nec tuos ludos aspexit; Sest 116. eius orationes aspiciendas tamen censeo; Bru 220. neque ipsi eam pecuniam aspeximus; A XI 13, 4. vim: f. incitationem. — IV. L. Furium repente venientem aspexit; rep I 17. idem si praeteriens aspexerit erectos intuentes iudices: Bru 200.

aspiratio, Ausdünstung, Einatmung, Hauchlaut: I. ut eius (caeli) aspiratio gravis et pestilens futura sit; div I 130. — II. quin ego ipse, cum scirem ita maiores locutos esse, ut nusquam nisi in vocali aspiratione uterentur, loquebar sic, ut „pulcros, Cetegos, triumpos, Cartaginem“ dicerem; orat 160. — III. animantes aspiratione aëris sustinentur; nat II 83.

aspiro, aushauchen, trachten, sich nähern, hingelangen, begünstigen: ut ex bellica laude aspirare ad Africanum nemo potest; Bru 84. num quis est, qui dicat in campum aspirasse Sullam? Sulla 52. cum tu ad eum [Ciceronem] numquam aspirasti

Digitized by Google

Piso 11. subinvideo tibi ultro etiam accersitum ab eo, ad quem ceteri propter occupationem (eius) aspirare non possunt; ep VII 10, 1. eum (Vettium) in eo loco constituit, quo Bibulo consuli aspirare non liceret; A II 24, 3. haec ad eam laudem aspirare non possunt; orat 140. consul: f. alqs; A II 24, 3. quo neque Karthaginiensium gloriosissimae classes umquam aspirare potuerunt; Ver V 97. qui (pulmones) tum se contrahunt aspirantes, tum in respiratu || intrante spiritu || dilatant; nat II 136. haec etiam in eculeum coiciuntur, quo vita non aspirat beata; Tusc V 13 (12).

aspis, Natter: Demetrium aspide ad corpus admota vita esse privatum; Rab Post 23. aspidas, crocodilos in deorum numerum reponemus; nat III 47.

asportatio, Fortschaffung: quod eorum (signorum) demolitio atque asportatio perdifficilis videbatur; Ver IV 110.

asporto, fortführen, fortschaffen: non te ex Sicilia litteras in Verrem deportare velle arbitrantur, sed asportare te velle ex Sicilia litteras suspicantur; div Caec 28. (Dianae) simulacrum tollendum asportandumque curavit; Ver V 185. Ditem virginem secum asportasse; Ver IV 107.

ass — f. **ads** —

assus, trocken, neutr. Braten, Schwitzbad: A. pro isto asso sole, quo tu abusus es in nostro pratulo, a te nitidum solem unctumque repetemus; A XII 6, 2. — B, I. in balneariis assa in alterum apodyterii angulum promovi; Q fr III 1, 2. — II. usque ad assum vitulinum opera perducitur; ep IX 20, 1.

ast, aber, doch, andrerseits: »divos et eos colunto et ollos, ast olla, propter quae« . . ; leg II 19. »ast quid turbassitur in agendo, fraus actoris esto«; leg III 11. tu crebras a nobis litteras exspecta; ast plures etiam ipse mittito; A I 16, 17. per senatumne (agi)? at || ast || tute scripsisti . .; A III 15, 6. rides? † aps || ast, at || condoleo non perfici; A XV 4, 1. an actuariolis ad Leucopetras Tarentinorum atque || ast || inde Corcyram; A XVI 6, 1.

astipulator, Beipflichter, Anhänger: isto advocato aut astipulatore; Piso 18. eorum (Stoicorum) astipulator Antiochus; Ac II 67.

asto, dabeistehen: meam domum, maxima frequentia amplissimorum civium astante, omni religione liberaverunt; har resp 12. perfecit astante atque audiente Italia tota, ut . .; sen 26.

astricte, gedrängt, kurz: qui (Theophrastus) putat orationem non astricte, sed remissius numerosam esse oportere; de or III 184.

astringo, zusammenziehen, starr, hart machen, einschränken, fesseln, binden, verpflichten, part. straff, knapp, gedrängt, kurz: Sp. Mummius astrictior; Bru 94. num se astrinxit scelere? of III 19. quibus (vinculis) quidem libentissime astringor; ep III 10, 9. nec tamen haec ita sunt arta et astricta, ut ea laxare nequeamus; orat 220. pater nimis indulgens, quicquid ego astrinxi, relaxat; A X 6, 2. ea (alvus) tum astringitur, tum relaxatur; nat II 136. qui (Stoici) breviter astringere solent argumenta; Tusc III 13. quod exercitatione perfecta erat verborum astricta comprehensio; Bru 327. a quo (Lycurgo) est disciplina Lacedaemoniorum astricta legibus; Bru 40. quae (dialectica) quasi contracta et astricta eloquentia putanda est; Bru 309. tanto scelere astrictis hominibus; Sulla 82. tum astringentibus se intestinis, tum relaxantibus; nat II 138. est finitimus oratori poëta, numeris astrictior paulo, verborum autem licentia liberior; de or I 70. aquilonibus reliquisque frigoribus astrictus || adiectis || durescit umor; nat II 26.

astrologia, Sternkunde: I. Scylax, excellens in astrologia; div II 88. — II. hominem ignarum astrologiae optimis versibus Aratum de caelo stellisque dixisse; de or I 69. — III. omnia fere, quae sunt conclusa nunc artibus, dispersa et dissipata quondam fuerunt; ut in astrologia caeli conversio, ortus, obitus motusque siderum; de or I 187.

astrologus, Sternkundiger, Sterndeuter: I. astrologi motus errantium stellarum notaverunt; div II 146. — II. non habeo nauci de circo astrologos; div I 132.

astrum, Himmelskörper, Gestirn, Sternbild: I. astra suspeximus cum ea, quae sunt infixa certis locis, tum illa non re, sed vocabulo errantia; Tusc I 62. cum ad idem, unde semel profecta sunt, cuncta astra redierint; rep VI 24. — II, 1. cum in aethere astra gignantur, consentaneum est in iis sensum inesse et intellegentiam, ex quo efficitur in deorum numero astra esse ducenda; nat II 42. infigo, al. f. I. errant. — 2. quia (Pompeius) deciderat ex astris, lapsus quam progressus potius videbatur: A II 21, 4. insum in: f. 1. Hortalus quam ornate nostras laudes ad astra sustulit! A II 25, 1. — III. astrorum adfectio valeat, si vis, ad quasdam res, ad omnes certe non valebit: fat 8. »ille astrorum custos«; fr H IV, a, 406. nos astrorum ortus, obitus cursusque cognovimus; nat II 153. cum tam ratos astrorum ordines viderit: nat II 97. — IV. quae astris praesentiuntur: div I 109.

astu, Stadt: prius quam Theseus eos (Atticos) in astu, quod appellatur, omnes se conferre iussit || iussisset ||: leg II 5.

astute, listig, schlau, verschlagen: astute nihil sum acturus; A X 6, 1. neque quicquam astute cogito; ep II 16, 6. nihil nec temere dicere nec astute reticere debeo; Q fr I 2, 3.

astutia, Schlauheit, Ränke: I. si confidens astutia esset; Cluent 183. — II. astutiae tollendae sunt; of I 71.

astutus, listig, schlau, verschlagen: A. quodsi qui me astutiorem fingit; ep III 8, 6. nihil miserabile, nihil astutum (oratio philosophorum habet); orat 64. ut tua ista ratio existimetur astuta: Ver pr 34. — B. quodsi id est maxime astuti, omnia ad suam utilitatem referre; ep III 10, 9.

asylum, Freistätte: quo minus e fano Dianae servum suum, qui in illud asylum confugisset, abduceret; Ver I 85.

at (vgl. ast), aber, doch, allein, dagegen, andrerseits: I. allein: 1. Aussage: nunc hoc probabis, homines te tuo iure potuisse occidere? „at servus meus non comparet, qui visus est cum tuis: at casa mea est incensa a tuis"; Tul 54. quem implorem? senatumne? at is ipse auxilium petit a vobis; Flac 4. at beneficio sum tuo usus. quo? Phil II 5. Metellus ille honoratis quattuor filiis, at quinquaginta Priamus; Tusc I 85. di nati numquam sunt; at homines nati; nat I 90. dixisse te nihil illo Atinati somnio fieri posse divinius. at multa falsa. immo obscura fortasse nobis; div I 60. ad interpretem detulit. at ille: „vicisti"; div II 144. at memoria minuitur. credo, nisi eam exerceas; Cato 21. parva, inquit, est res. at magna culpa; par 20. „non est", inquit, „in parietibus res publica". at in aris et focis. „fecit Themistocles". at idem Pericles non fecit; A VII 11, 3. — 2. Frage und Ausruf: praetor appellatur. at quis appellat? Ver IV 146. hoc erat, quod ego non rebar posse dissolvi. at quam festive dissolvitur! div II 35. at te apud eum, di boni, quanta in gratia posui! A VI 6, 4. at quam honesta, at quam expedita tua consilia! A IX 12, 1. — 3. Einräumung, Bedingung: sit flagitiorum omnium princeps; at est bonus imperator, at felix: Ver V 4. animum tuum, etsi non sapientissimi, at amicissimi hominis auctoritate confirmandum puto;

Digitized by Google

ep VI 6, 2. at dares hanc vim M. Crasso, ut . . ., in foro, mihi crede, saltaret; of III 75. at, si omnia fato fiunt, omnia causis antecedentibus fiunt; fat 31. liceat haec nobis, si oblivisci non possumus, at tacere; Flac 61. qua e poena si tum evolarunt, at aliam multo maiorem subierunt; prov 14. — 4. Aufforderung: ac||at|| de me omittamus: ad Alexandrinos istos revertamur; Rab Post 34. at videte hominis diligentiam: agr II 23.

II. **Verbindungen:** si minus, ut separatim de his rebus (orator) respondeat, at certe, ut in causa prudenter possit intexere; de or II 68. ut videre piratam captum non liceret? at contra hoc iucundissimum spectaculum omnibus praebebat; Ver V 66. at, credo, omnia sua secum una moritura arbitrabatur; Rabir 29. at enim vereor, ne haec difficiliora esse videantur; de or III 188. at etiam misericordiam captabas: Phil II 86. at mehercule ego non audeo dicere . .: nat I 78. an sine me ille vicit? at ne potuit quidem; Phil II 72. (di) non diligunt homines: at neque non diligunt nos neque . .: div I 82. at negat Epicurus . .; fin II 70. quaestionis finis (est) inventio. at nemo invenit falsa; Ac II 26. servus respondit pudenter, at non stulte, dominum esse ad villam: Tul 20. f. I. 1. Tul 54. A VII 11, 3. quem implorem? an populum Romanum? at is quidem omnem suam de nobis potestatem tradidit vobis; Flac 4. at id quoque potest, ut . .: div II 106. credo, si minus frequentia sua vestrum egressum ornando, at ominibus saltem bonis prosequebantur: Piso 31. res bello gesserat, quamvis rei publicae calamitosas, at tamen magnas: Phil II 116. bonis viris si non desiderantibus, at tamen approbantibus; of II 58. esto: nihil ex fugitivorum bello laudis adeptus est: at vero contra bellum praedonum classem habuit ornatam: Ver V 42. at vero quanta maris est pulchritudo! nat II 100. hui, totiensne me litteras dedisse Romam, cum ad te nullas darem? at vero posthac frustra potius dabo, quam . .; A V 11, 1.

atavus. Ahnherr: non patrem tuum videras, non patruum, non avum, proavum, atavum audieras consules fuisse? Cael 33.

ater, schwarz: risi „nivem atram“; Q fr II 11, 1. f. albus.

athleta. Wettkämpfer, Ringer: I. qui (Milo Crotoniates) cum athletas se exercentes in curriculo videret: Cato 17. ut athletas nec multo secus gladiatores videmus nihil facere, in quo non motus hic habeat palaestram quandam; orat 228. — II. quid ego te athletas putem desiderare, qui gladiatores contempseris? ep VII 1, 3.

atomus. unteilbarer Körper, Atom, Monade: I. in hac immensitate latitudinum, longitudinum, altitudinum infinita vis innumerabilium volitat atomorum, quae interiecto inani cohaerescunt tamen inter se et aliae alias apprehendentes continuantur: nat I 54. ille (Democritus) atomos quas appellat, id est corpora individua propter soliditatem, censet in infinito inani ita ferri, ut concursionibus inter se cohaerescant, ex quo efficiantur ea, quae sint quaeque cernantur, omnia, eumque motum atomorum nullo a principio, sed ex aeterno tempore intellegi convenire; fin I 17. declinare dixit (Epicurus) atomum perpaulum: fin I 19. — II, 1. quid est magnum de corpusculorum (ita enim appellat (Amafinius) atomos) concursione fortuita loqui? Ac I 6. continuo, al.: f. I. — 2. sint sane (di) ex atomis; nat I 68. — III. Democritus, auctor atomorum: fat 23. Epicurus declinatione atomi vitari necessitatem fati putat: fat 22. quod esset earum (atomorum) motus certus et necessarius; nat I 69. vis: f. I. nat I 54.

avello, losreißen, abreißen, entreißen, entfernen: qua h u n c obiurgatione a tanto errore coner avellere? of III 83. non ab ea re publica avellar, qua carendum esse doleam; ep VI 4, 4. avulsum est praeter spem, quod erat spe devoratum lucrum; Flac 57. cum e monte ‖ monte, al. ‖ Taygeto extrema montis quasi puppis avulsa est; div I 112. sigillis avulsis reliquum argentum reddidit; Ver IV 48.

avena, wilder Hafer: ne seges quidem igitur spicis uberibus et crebris, si avenam uspiam videris; fin V 91.

aveo, begehren, verlangen: I. avere te scribis a c c i p e r e aliquid a me litterarum; A IV 15, 3. »avens epulas ornare«; fr H IV, a, 677. valde aveo scire, quid agas; A I 15, 2. de hoc (Bruto) scire aveo omnia; A XIV 7, 1. — II. id, q u o d avemus animo; Tim 8. aveo genus legationis, ut, cum velis, introire, exire liceat; A XV 11, 4.

averrunco, abwenden: „di“ inquis „averruncent“! A IX 2, a, 1.

aversor, Unterschlager: Verres, ille aversor pecuniae publicae, tantum sibi auctoritatis suscepit; ut . . ; Ver V 152.

averto, aversus, abwenden, entwenden, unterschlagen, abwendig machen, wegtreiben, entfremden, entfernen, entziehen: „si t u et adversus et aversus impudicus es“; de or II 256. quis potest esse tam aversus a vero? Catil III 21. ego vero austro gratias miras, qui me a tanta infamia averterit; A XVI 7, 5. ut ab eo, quod agitur, avertat animos; orat 138. Quintus aversissimo a me animo Patris fuit; A XI 5, 4. omnis vestis ablata, omne aurum et argentum ablatum et aversum; Ver V 73. avertere a miseris cogitationem; ep VI 1, 1. commotiones animorum a recta ratione aversas; Tusc IV 61. ne patiare Erotem Turium hereditatem Turianam avertere; ep XII 26, 2. qui M. Antonii impetus nefarios ab urbe in Galliam avertit; Phil V 28. quas (legiones) ille a C. Antonii scelere avertit; Phil X 6. quod di omen avertant! Phil III 35. a iudicibus oratio avertitur, vox in coronam turbamque effunditur; Flac 69. cum a Dolabella magnam pecuniam avertit; Ver III 177. avertunt (ibes) pestem ab Aegypto; nat I 101. cuius rei putat iste rationem reddi non posse, quod ipse tabulas averterit; Caecin 17. vim armentorum a privatis in publicum averterant; rep II 60.

aufero, wegtragen, davontragen, erhalten, erreichen, mitnehmen, wegnehmen, abreißen, nehmen, entfernen, beseitigen, entziehen, erpressen, rauben: I. si q u i eripiat palam atque auferat; Ver IV 134. — II, 1. u t (statuas) in foro statuerent, abstulisti, ut in curia, coëgisti; Ver II 145. — 2. quis est, qui hoc non ex priore actione abstulerit, s c e l e r a vix conferri p o s s e? Ver I 21. — III. quam longe h u n c ab hoc genere cognatio materna Transalpini sanguinis abstulisset; sen 15. ne te auferant aliorum consilia; ep II 7, 1. qui (casus) illi tantum addere iam non potest, quantum auferre; prov 35. f. opem. II, 2. totam Academiam ab hominibus nobilissimis abstuli, transtuli ad nostrum sodalem; A XIII 13, 1. Crassipedis ambulatio ablata, horti, tabernae plurimae; Q fr III 7, 1. ut ei (Atticae) confirmes me immutatum amorem meum ‖ minime totum amorem eo ‖ mecum abstulisse; A XV 28. quam multis istum putatis hominibus honestis de digitis anulos abstulisse? Ver IV 57. auriculam fortasse mordicus abstulisset; Q fr III 4, 2. alterius (rei) ego vobis hodierno die causam profecto auferam; Caecin 9. commentarios quosdam Aristotelios veni ut auferrem; fin III 10. cum curatione medicorum conturbatio mentis aufertur; Tusc IV 31. adiimus ad Caesarem. liberalissimum decretum abstulimus; A XVI 16, 5. non dubitaturum fortem virum, quin secum auferret gloriam sempiternam; Milo 63. a quo (Varrone) adhuc Ἡρακλείδειον illud non abstuli; A XVI 11, 3. hortos: f. ambulationem. ut ab senatu iudicia per ignominiam turpitudinemque auferantur; Ver I 23. si se ipsos illi nostri liberatores e conspectu nostro abstulerunt; Phil II 114. unde eo plus opis auferret, quo minus attulisset gratiae; Quinct 32. me ius dicente sibi omnem pecuniam ex edicto meo auferendi potestatem fuisse; A VI 1, 7. cum illi damnatio omne ignominiae periculum iam abstulerit, mors vero etiam doloris; Cluent 10. (rusticanus) cum responsum ab eo (Crasso) verum magis quam ad suam rem accommodatum abstulisset; de or I 239. (genus hoc orationis) aufert humanum sensum actoris; orat 209. haec signa ab Heio e sacrario Verres abstulit; Ver IV 7. ut alter dies amicis istius ac defensoribus non modo spem victoriae, sed etiam voluntatem defensionis auferret; Ver I 20. ne cum sensu doloris aliquo spiritus auferatur; Ver V 118. tabernas: f ambulationem. vitam adulescentibus vis aufert, senibus maturitas; Cato 71. voluntatem: f. spem.

aufugio, entfliehen: si aufugisset (archipirata); Ver V 79. Dionysius, servus meus, aufugit; ep XIII 77, 3.

augeo, wachsen lassen, hervorbringen, vergrößern, steigern, vermehren, fördern, bereichern, überhäufen, verherrlichen, übertreiben: I, 1, a.

Digitized by Google

augent etiam relata verba, iterata, duplicata, omnique semper est quasi naturalis et non explanata oratio, sed gravibus referta verbis, ad augendum accommodatior; part or 54. — b. quae (natura) causas gignendi, augendi, minuendi habeat; nat I 35. quo quaque in causa genere utamur augendi; part or 58. — 2. alqs: f. accumulo. verba: f. 1, a. — II. aut augendi alterius aut minuendi sui causa; part or 22. eodem tempore et suscipimur in lucem et hoc caelesti spiritu augemur; har resp 57. filiolo me auctum scito salva Terentia; A I 2, 1. quod eum statuebam eloquentem, qui mirabilius et magnificentius augere posset atque ornare, quae vellet; de or I 94. auges mihi scribendi alacritatem; A XVI 3, 1. quae (senectus) mihi sermonis aviditatem auxit, potionis et cibi sustulit; Cato 46. ita magnum beneficium tuum magno cumulo auxeris; ep XIII 62. auxit benivolentiam consuetudo; Lael 30. grata mihi est et memoria tua nostrae coniunctionis et eius etiam augendae voluntas; ep VI 17, 2. ut aliorum spoliis nostras facultates, copias, opes augeamus; of III 22. an dies auget eius desiderium, an magis oblivionem? prov 29. suae dignitatis augendae causa; Vatin 39. facultates augere, non minuere oportere; inv II 115. f. copias. quanta deorum benignitate auctas exaggeratasque fortunas una nox paene delerit; Catil IV 19. quaecumque homines homini tribuunt ad eum augendum atque honestandum; of II 21. decet augentem linguam Latinam nominare (eam partem philosophiae) „moralem"; fat 1. posteritatis immortalem memoriam augebit; de or II 335. quoniam coepi iam cumulatius hoc munus augere; orat 54. alterius res calamitosae vehementer et opes regis et nomen auxerunt; Muren 33. cur legatorum numerus auctus? Phil II 31. oblivionem: f. desiderium. opes: f. copias, nomen. rem augere posse laudando vituperandoque rursus adfligere; Bru 47. alteram (partem pono) in augendis amplificandisque rebus, quae ab isdem (Graecis) αὔξησις est nominata; orat 125. augendis rebus et contra abiciendis nihil est quod non perficere possit oratio; orat 127. ut rem publicam augeant imperio, agris, vectigalibus; of II 85. umorem conligens (aër) terram auget imbribus; nat II 101. veteranos non tueri solum, sed etiam commodis augere debeo; Phil XI 37. augeatur isto honore is vir; Phil IX 15. augendae voluptatis finis est doloris omnis amotio; fin II 9. de urbe augenda quid sit promulgatum, non intellexi; A XIII 20, 1.

augesco, wachsen, zunehmen: quibus animantes alantur augescantque; nat II 50. ea (semina) temperatione caloris et oriri et augescere; nat II 26.

augur, Augur, Vogeldeuter: I, 1. cum in arce augurium augures acturi essent; of III 66. »interpretes Iovis optumi maxumi, publici augures, signis et auspiciis † postea ‖ ostenta ‖ vidento, disciplinam tenento sacerdotesque, ‖ et ‖ vineta virgetaque et salutem populi auguranto«; leg II 20. quoniam, ut augures et astrologi solent, ego quoque augur publicus ex meis superioribus praedictis constitui apud te auctoritatem augurii et divinationis meae; ep VI 6, 7. vacationem augures, quo minus iudiciis operam darent, non habere; Bru 117. id quod augures omnes usque ab Romulo decreverunt, Iove fulgente cum populo agi nefas esse; Vatin 20. quid gravius quam rem susceptam dirimi, si unus augur „alio *die*" dixerit? leg II 31. habent: f. dant. cum augures iudicassent eos (consules) vitio creatos esse; div II 74. cur auspiciis augures praesunt? nat I 122. multa augures provident; nat II 163. *a* te interrogati ‖ interrogante ‖ augures responderunt, cum de caelo servatum sit, cum populo agi non posse; dom 40. solent: f. constituit. sunt: f. II, 1. coopto. tenent, vident: f. augurant. — 2. Romulus ipse optimus augur fuisse traditur. deinde auguribus reliqui reges usi; div I 3. ille (Pompeius) in adoptando P. Clodio augur; A VIII 3, 3. — II, 1. Pompilius auspiciis maioribus inventis ad pristinum numerum duo augures addidit; rep II 26. omnibus publicis rebus instituendis, qui sibi essent in auspiciis, ex singulis tribubus singulos cooptavit augures; rep II 16. utrum igitur augurem Iovis optimi maximi populus Romanus libentius sanciet, Pompeiumne an Antonium? Phil XIII 12. — 2. utor: f I, 2. div I 3. — III. dubium non est, quin haec disciplina et ars augurum evanuerit iam et vetustate et neglegentia; leg II 33. magna augurum auctoritas; nat II 12. quia cooptatus in augurum conlegium non erat; Bru 101. disciplina: f. ars. ex quo augurum institutis in parentis eum (Hortensium) loco colere debebam; Bru 1. non sum in exquirendo iure augurum curiosus; dom 39. in augurum precatione Tiberinum, Spinonem, Almonem, Nodinum, alia propinquorum fluminum nomina videmus; nat III 52. — IV. Clandium aedes postea proscripsisse, quam esset ab auguribus demoliri iussus; of III 66.

auguralis, der Augurn: in cena augurali apud Lentulum; ep VII 26, 2. (Appius Claudius) auguralis iuris bene peritus fuit; Bru 267. quod declarant vestri etiam augurales (libri) div I 72. augurales libros ad commune utriusque nostrum otium serva; ep III 11, 4.

auguratio, Weissagung: quae tandem ista auguratio est ex passeribus annorum potius quam aut mensuum ‖ mensium, mensum ‖ aut dierum? div II 65.

auguratus, Augurnamt: I. cuinam auguratus deferatur; quo quidem uno ego ab istis capi possum; A II 5, 2. poteras eo tempore auguratum petere? Phil II 4. — II. lituus, quod clarissimum est insigne auguratus; div I 30. paternum auguratus locum, in quem ego eum mea nominatione cooptabo; Phil XIII 12. — III. capi: f. I. defero.

augurium, Wahrzeichen, Weissagung, Ahnung (f. augur, I, 1. agunt, constituunt): I, 1. auguria quoque me incitant quadam spe non dubia nec haec conlegii nostri ab Atto, sed illa Platonis de tyrannis; A X 8, 6. externa auguria, quae sunt non tam artificiosa quam superstitiosa, videamus; div II 76. — 2. o mea frustra semper verissima auguria rerum futurarum! Phil II 89. — II. multa auguria, multa auspicia neglegentia conlegii amissa plane et deserta sunt; div I 28. video: f. I, 1. sunt. — III. neglegentia nobilitatis augurii disciplina omissa; nat II 9.

augurius, augurisch, der Augurn: retinetur ad magnas utilitates rei publicae ius augurium ‖ augurum ‖; div II 70. quanta scientia iuris augurii! Cato 12. cognitionem iuris augurii consequi cupio: ep III 9, 3.

auguro, Wahrzeichen beobachten, weissagen, weihen: I. praesentit animus et augurat quodam modo, quae futurae sit suavitas; fr E X 3. — II. in illo augurato templo ac loco; Vatin 24. »augures vineta virgetaque et salutem populi auguranto«; leg II 21.

auguror, Wahrzeichen beobachten, weissagen, voraussagen, ahnen: I. quantum auguror coniectura; de or I 95. non ex alitis involatu nec e cantu sinistro oscinis, ut in nostra disciplina est, nec ex tripudiis solistimis aut soniviis tibi auguror; ep VI 6, 7. in Persis augurantur et divinant magi; div I 90. — II, 1. quid de illo (Isocrate) augurer, libet dicere: orat 41. — 2. de C. Gracchi tribunatu quid exspectem, non libet augurari: Lael 41. — III. alqd: f. II, 1. qui (Calchas) ex passerum numero

Digitized by Google

belli Troiani annos auguratus est; div I 72. ut animi futura augurentur; div I 64.

auguste, ehrfurchtsvoll: non quo de religione dici possit augustius; Bru 83. quos (deos) auguste omnes sancteque veneramur; nat III 53.

augustus, erhaben, heilig: addis etiam nescio quid augustius; Bru 295. ad illa augusta centuriarum auspicia veniebat; Milo 43. ex hoc Platonis quasi quodam sancto augustoque fonte nostra omnis manabit oratio; Tusc V 36 (37). augusta illa mysteria; leg II 35. augustissimo et religiosissimo in templo; Ver V 186.

avia, Großmutter: I. avia mea dicebat fato omnia fieri; fr F V 103. — II. Malleolus a me productus est et mater eius atque avia; Ver I 93.

aviarium, Vogelhaus: nihil ei (Diphilo) restabat praeter balnearia et ambulationem et aviarium; Q fr III 1, 1.

avide, begierig: quas (litteras Graecas) sic avide adripui, ut . .: Cato 26. ut illud breve vitae reliquum nec avide appetendum senibus nec sine causa deserendum sit; Cato 72. cupiditas avide semper aliquid expetens; Tusc IV 36. avide exspecto tuas litteras; A XVI 10, 2.

aviditas, Begierde, Verlangen, Habgier: I. erat in eo (M. Catone) aviditas legendi; fin III 7. — II. quae (senectus) mihi sermonis aviditatem auxit, potionis et cibi sustulit; Cato 46. — III. propter aviditatem pecuniae; par 43.

avidus, begierig, gierig, habsüchtig: A. neque sumus nimis avidi; de or I 133. sum avidior etiam, quam satis est, gloriae; ep IX 14, 2. grati animi, non appetentis, non avidi signa proferre perutile est; de or II 182. (Demosthenes) non semper implet aures meas; ita sunt avidae et capaces; orat 104. mea festinatio non victoriae solum avida est, sed etiam celeritatis; Phil III 2. cuius voluptatis ‖ [vol.] ‖ avidae libidines; Cato 39. — B. liberalis avidum (fraudasse dicitur): Q Rosc 21.

avis, Vogel: I. dies et noctes tamquam avis illa mare prospecto, evolare cupio; A IX 10, 2. e quibus (ovis) pullos cum (aves) excuderunt, ita tuentur, ut et pinnis foveant et, si est calor a sole, se opponant; nat II 129. quamquam aves quasdam, et alites et oscines, ut nostri augures appellant, rerum augurandarum causa esse natas putamus; nat II 160. — II. quod quasi avem albam videntur bene sentientem civem videre; ep VII 28, 2. — III. volatibus avium cantibusque *ut* certissimis signis declarari res futuras putant; div I 2. propter hunc concentum avium; leg I 21. tamquam remis, ita pinnis cursus avium levatur: nat II 125. (viriditas) contra avium minorum morsus munitur vallo aristarum; Cato 51. Cilices et Arabum natio avium significationibus plurimum obtemperant; div I 92. volatus; f. cantus. — IV. ut nunc extis, sic tum avibus magnae res impetriri solebant; div I 28.

avitus, großväterlich, ererbt, alt: cum civitatem vel paterno consilio vel avitis armis florentissimam accepissent; de or I 38. vel paternam vel avitam gloriam; Bru 126. avitum mihi hospitium est cum Lysone; ep XIII 34. „patritam“ illam „et avitam“, ut ait Theophrastus, philosophiam; Tusc I 45. regem spoliatum regno patrio atque avito; imp Pomp 21.

aula, Hof: perfeci, ut rex omni auctoritate aulae communita regnum cum dignitate obtineret; ep XV 4, 6.

aulaeum, Vorhang: scabilla concrepant, aulaeum tollitur; Cael 65.

auloedus, Sänger zum Flötenspiel: ut aiunt in Graecis artificibus eos auloedos esse, qui citharoedi fieri non potuerint, sic . .; Muren 29.

avocatio, Ablenkung: levationem aegritudinis ponit (Epicurus in) avocatione a cogitanda molestia; Tusc III 33.

avoco, ablenken, abziehen, abbringen, entfremden: I. quod (senectus) avocet a rebus gerendis; Cato 15. — II. quin Pompeium a Caesaris coniunctione avocarem; Phil II 23. quem temperantia a libidine avocet; Tusc V 42. quae nostros animos deterrent atque avocant a religione; har resp 18. (orator) a propriis personis et temporibus semper avocat controversiam; orat 45.

avolo, fortfliegen, enteilen, entschwinden: me hinc avolaturum; Tusc I 103. fluit voluptas corporis et prima quaeque avolat; fin II 106.

aura, Hauch, Luftzug, Gunst: nulla aura fluctus commovente; Tusc V 16. Sulpicium longius quam voluit popularis aura provexit; har resp 43.

auratus, golden, vergoldet: curru aurato reportati (sumus); sen 28. illi aurata tecta in villis facienti; par 49.

aureolus, golden, herrlich: non magnus, verum aureolus libellus; Ac II 135. in illa aureola oratiuncula; nat III 43.

aureus, golden, herrlich: anulum aureum in digito (vidit); of III 38. cum coronam auream litteris imponebant; Flac 76. veniet flumen orationis aureum fundens Aristoteles; Ac II 119. quibus (bubus) ab illo aureo genere, ut poëtae loquuntur, vis nulla umquam adferebatur; nat II 159. cum Aquilae nummos aureos daret; Phil XII 20. sedebat conlega tuus in sella aurea; Phil II 85. cum faceret vasa aurea; Ver IV 57. quam illa (verba)[*] aurea: UT INTER BONOS BENE AGIER OPORTET! of III 70.

auricula (or.), Ohr, Ohrläppchen: I. auriculam fortasse mordicus abstulisset; Q fr III 4, 2. — II. (me) fore oricula ‖ aur. ‖ infima scito molliorem; Q fr II 13 (15, a), 4.

aurifer, goldne Früchte tragend: »draconem auriferam obtutu adservantem arborem«; Tusc II 22.

aurifex, Goldschmied: I. cum vellet sibi anulum facere, aurificem iussit vocari in forum; Ver IV 56. — II. quae non aurificis statera, sed populari quadam trutina examinantur; de or II 159.

auriga, Wagenlenker: I. ut auriga indoctus e curru trahitur; rep II 68. — II. semper Carneades προβολὴν pugilis et retentionem aurigae similem facit ἐποχῇ; A XIII 21, 3.

auriger, Gold tragend, mit vergoldeten Hörnern: »nos aurigeris divom placantes numina tauris«; div II 63.

auris, Ohr: I. ut eum (sonitum) aures hominum capere non possint; rep VI 19. ferunt aures hominum illa laudari; de or II 344. quem (concentum) aures eruditae ferre non possunt; rep II 69. hoc sonitu oppletae aures hominum obsurduerunt; rep VI 19. patere aures tuas querelis omnium; Q fr I 1, 25. possunt; f. capiunt. ferunt. quia vocum et numerorum aures sunt indices; orat 162. populi Romani aures hebetiores esse; Planc 66. — II, 1. cuius aures clausae veritati sunt; Lael 90. ne brevitas defraudasse aures videatur neve longitudo obtudisse; orat 221. cum multos dies aures meas Acutilio dedissem; A I 5, 4. quodsi aures tam inhumanas tamque agrestes habent; orat 172. si teretes aures habent intellegensque iudicium; opt gen 11. obtundo; f. defraudo. ne offendam tuas patientissimas aures; Ligar 24. tenet aures vel mediocris orator; Bru 193. nondum tritis nostrorum hominum auribus; Bru 124. — 2. ut idem oculis et auribus captus sit; Tusc V 117. — 3. nihil ut umquam videretur tam populare ad populi Romani aures accidisse: Sest 107. ut eam (Voluptatem) tantum ad aurem admonerent, ut . .: fin II 69. cum erat in aurem eius insusurratum; Ver I 120. vix ad aures meas istius suspicionis fama pervenit; Sulla 12. — III, 1.

Digitized by Google

quod (bonum) aurium delectatione capiatur; fin II 7.. quarum (aurium) est iudicium superbissimum; orat 150. — 2. aliquem se aditum ad aures vestras esse habiturum; dom 3. — IV, 1. ut sit boni oratoris multa auribus accepisse; de or I 218. grave acutum, flexibile durum, quae hominum solum auribus iudicantur; nat II 146. auribus multa percipimus; de or III 25. — 2. quoniam tu suscipis, in alteram aurem; A XIII 24.

aurum, Gold, Goldgeld, goldner Schmuck, goldnes Geräte: huc aurum si accedit; A XII 6, 1. est: f. III, 1. alqd. — II, 1. cum non plus aurum tibi quam monedulae committebant; Flac 76. exportari aurum non oportere cum saepe antea senatus, tum me consule gravissime iudicavit; Flac 67. huius domi inter quasilla pendebatur aurum, numerabatur pecunia; Phil III 10. ut quasi aurum igni sic benivolentia fidelis periculo aliquo perspici possit; ep IX 16, 2. aurum sumptum a Clodia dicitur; Cael 30. — 2. sum: f. aes, II, 2. — 3. ne quae lacuna sit in auro; A XII 6, 1. — III, 1. in quo (armario) sciret esse nummorum aliquantum et auri; Cluent 179. auri quinque pondo abstulit; Cluent 179. Xerxes non infinito pondere auri contentus; Tusc V 20. nos aeris, argenti, auri venas penitus abditas invenimus; nat II 151. Mithridates fugiens maximam vim auri atque argenti reliquit; imp Pomp 22. — 2. de ceteris operibus ex auro et gemmis se non laborare; Ver IV 67. — IV. »cui auro dentes vincti escunt ‖ iuncti essent ‖ «; leg II 20. cum iustitiam quaeramus, rem multo omni auro cariorem; rep III 8.

auscultator, Zuhörer: auscultator modo est, qui audit; part or 10.

ausculto, zuhören: mihi ausculta; Sex Rosc 104.

auspex, Vogelschauer, Begünstiger: I. nihil fere quondam maioris rei nisi auspicato ne privatim quidem gerebatur, quod etiam nunc nuptiarum auspices declarant, qui re omissa nomen tantum tenent; div I 28. — II. si bilem id commovet et latoribus et auspicibus legis curiatae; A II 7, 2.

auspicato, nach Anstellung der Auspicien: quam (rem publicam) auspicato Romulus condiderit; rep II 51. quae (colonia) esset auspicato deducta; Phil II 102. illo die, quo auspicato comitiis centuriatis L. Murenam consulem renuntiavi; Muren 1.

auspicatus, geweiht: in campo Martio, auspicato in loco; Rabir 11.

auspicium, Beobachtung der Vögel, Wahrzeichen, Vorbedeutung, Recht Auspicien anzustellen: I, 1. easdem leges salvis auspiciis ferri placet; Phil V 10. quam (legem) ille bono auspicio claudus homo promulgavit; A I 16, 13. lata lex est, ne auspicia valerent, ne quis obnuntiaret; Sest 33. — 2. praeclara vero auspicia, si esurientibus pullis res geri poterit, saturis nihil geretur! div I 77. — II, 1. multa auguria, multa auspicia neglegentia conlegii amissa plane et deserta sunt; div I 28. nostri magistratus auspiciis utuntur coactis; div I 27. desero: f. amitto. si (te) tamquam auspicium malum detestantur; Vatin 39. servabant auspicia reges; quae hic consul augurque neglexit, neque solum legibus contra auspicia ferendis, sed etiam conlega una ferente eo, quem ipse ementitis auspiciis vitiosum fecerat; Phil III 9. cur aliis a laeva, aliis a dextra datum est avibus ut ratum auspicium facere possint? div II 80. quod idem (fulmen) omnibus rebus optimum auspicium habemus, si sinistrum fuit; div II 43. »omnes magistratus auspicium iudiciumque habento«; leg III 10. auspiciis maioribus inventis; rep II 26. neglego, servo: f. ementior. — 2. oblata religio Cornuto est pullariorum admonitu non satis diligenter eum auspiciis operam dedisse; ep X 12, 3. auspiciis plurimum obsecutus est Romulus; rep II 16. — 3. utor: f. 1. cogo. — 4. cum omnis populi Romani religio in sacra et in auspicia divisa sit; nat III 5. — III. an vos Tusci ac barbari auspiciorum populi Romani ius tenetis? nat II 11. auspiciorum religione conservata; prov 45. veritas auspiciorum spreta est, species tantum retenta; nat II 9. — IV, 1. hic bonus augur eo se sacerdotio praeditum esse dixit, ut comitia auspiciis vel impedire vel vitiare posset; Phil II 80. vgl. I, 1. II, 1. ementior. — 2. contra: f. II, 1. ementior. id „silentium“ dicimus in auspiciis, quod omni vitio caret; div II 71.

auspicor, Auspicien anstellen, die Vögel beobachten: idem (C. Flaminius) cum tripudio auspicaretur; div I 77. qui comitiis tributis esset auspicatus; ep VII 30, 1.

auster, Südwind, Süden: I. ego vero austro gratias miras, qui me a tanta infamia averterit; A XVI 7, 5. auster adversus maximo flatu me ad tribules tuos Regium rettulit; ep XII 25, 3. — II. quis in aquilonis austrive partibus tuum nomen audiet? rep VI 22. — III. inde austro lenissimo in Italiam pervenimus; ep XVI 9, 2. reiectus sum austro vehementi ad eandem Leucopetram; A XVI 7, 1.

austere, streng: agit mecum austere et Stoice Cato; Muren 74.

austerus, streng, ernst: A. qui fortasse austerior et gravior esse potuisset; Piso 71. illo austero more ac modo; Cael 33. ut (orator) suavitatem habeat austeram et solidam, non dulcem atque decoctam; de or III 103. — B. quibus (falsis voculis) non modo austeri, sed multitudo ipsa reclamat; de or III 98.

australis, südlich: altera (ora) australis, ignota nobis, quam vocant Graeci ἀντίχθονα; Tusc I 68. »australem soliti quem dicere Piscem«; fr H IV, a, 411. quae (regio) tum est aquilonia, tum australis; nat II 50.

aut, oder, entweder — oder: I. **ohne aut im ersten Teil:** 1. einmal: a. tum me confitear hominibus amicum aut inimicum fuisse; Planc 93. qui civitates aut nationes devictas bello in fidem recepissent; of I 35. ut condemnaretur filius aut nepos, si pater aut avus deliquisset; nat III 90. quid mali aut sceleris fingi aut cogitari potest? Catil II 7. neque habebat (numerus) aliquam necessitudinem aut cognationem cum oratione; orat 186. quae pars operae aut oportunitatis in scriba est? Ver III 183. quod provisione aut permotione mentis magis quam natura ipsa sentiamus; div II 9. si aedilis verbo aut simpuvio aberravit; har resp 23. — b. neque ulla gens tam barbara aut tam immanis umquam fuit; Sulla 76. et facilior et tutior et minus aliis gravis aut molesta vita est otiosorum; of I 70. quae erat aut qualis quaestio? Milo 60. horam unam aut duas armatos retinere magnum fuit? Deiot 19. — c. aurum paleamne (navis) portet, ad bene aut ad male gubernandum nihil interesse; fin IV 76. quod vi aut clam factum sit; Tul 53. — d. si quae essent incisae aut inscriptae litterae; dom 137. Minerva, quia minuit aut quia minatur; nat III 62. quae prosunt aut quae nocent; fin III 69. nec vereor, ne res publica vinci aut opprimi possit; agr II 101. — e. in habendis aut non habendis honoribus; ep XV 4, 14. quis id (orationis genus) potest aut umquam poterit imitari? leg II 17. — f. si eo beatior quisque sit corporis aut externis bonis plenior; fin III 43. quis ferre potest aut quo modo? Phil III 28. — g. quod illi ab his aut ab illis hi mutuarentur; de or III 72. cum mercaturas facerent aut aliquam ob causam navigarent; Ver V 72. dolore non interveniente aut, si interveniret, si

Digitized by Google

summus foret, futurum brevem; Tusc III 38. quid ageres, aut ubi te visurus essem; ep III 6, 5. — h. regem istum Numam Pythagorae ipsius discipulum aut certe Pythagoreum fuisse; rep II 28. adimi Sullanos agros vobisque dividi aut denique minui privatorum possessiones; agr III 3. me iudi ab eo aut etiam ipsum errare; de or I 91. si quid erit aut etiamsi nihil erit; Q fr II 9, 2. quod metuendum aut omnino quod dubitandum videretur; Ver II 69. qua hunc obiurgatione aut quo potius convicio a tanto errore coner avellere? of III 83. quando quattuor aut summum quinque sunt inventi, qui ..? Milo 12. — 2. wiederholt: eos propter damna aut detrimenta aut cruciatus aliquos miseros esse dicimus? leg I 51. num ignobilitas aut humilitas aut etiam popularis offensio sapientem beatum esse prohibebit? Tusc V 103. nullum (erat) conlegium aut concilium aut omnino aliquod commune consilium, quod ..; Sest 32. — qui per tutelam aut societatem aut rem mandatam aut fiduciae rationem fraudavit quempiam; Caecin 7. — prius, quam ibim aut aspidem aut faelem aut canem aut crocodilum violent; Tusc V 78. — si velim scribere quid aut legere aut canere vel voce vel fidibus aut geometricum quiddam aut physicum aut dialecticum explicare; div II 122.

II. **mit aut im ersten Teil**: 1. elliptisch: ne aut verba traiciamus aperte ..; orat 229. quasi vero aut concedatur .., et quasi nihil intersit! fin IV 77. — 2. zweimal: a. illa aut bona sunt aut mala; fin III 69. an (putes) fuisse in iis aliquem aut famae metum aut poenae? Planc 71. talis simulatio vanitati est coniunctior quam aut liberalitati aut honestati; of I 44. — b. cum mediocribus multis et aut nulla aut humili aliqua arte praeditis gratuito civitatem impertiebant; Arch 10. — c. omne, quod ita disiunctum sit, quasi „aut etiam aut non“; Ac II 97. quod aut secundum naturam esset aut contra; fin III 53. — d. quo melius aut cadat aut volvatur oratio; orat 229. haec si T. Accius aut cognovisset aut cogitasset; Cluent 160. — e. cui aut adsit aut adesse possit multitudo malorum; Tusc V 42. quid verum aut esset aut non esset; Bru 145. ea res maiori curae aut est aut erit; A XV 2, 1. — f. si aut manibus ingrediatur quis aut non ante, sed retro; fin V 35. — g. si aut referri aliquid in litteras publicas vetuisses aut, quod relatum esset, tolli coëgisses; Ver I 88. nec debes tu aut praecipuam aliquam fortunam postulare aut communem recusare; ep VI 1, 1. — h. aut falsa aut certe obscura opinio; de or I 92. utriusvis rei me aut adiutorem velim esse aut certe non expertem; A VII 3, 2. ceteris rebus aut pares aut etiam inferiores reperiemur; nat II 8. si tum consules aut fuissent in re publica aut omnino non fuissent; dom 91. efficiet ratio, ut mors aut malum non sit aut sit bonum potius; Tusc I 23. — 3. mehrmals: a. si planum facit ab se illum aut vi aut clam aut precario possedisse; Caecin 92. tota res est inventa fallaciis aut ad quaestum aut ad superstitionem aut ad errorem; div II 85. nec (hostis) prae se fert, aut qui ‖ quis ‖ sit aut unde veniat aut etiam quid velit; rep II 6. — b. nullum tempus illi umquam vacabat aut a forensi dictione aut a commentatione domestica aut a scribendo aut a cogitando; Bru 272. ut (homines) aut contemnant aut metuant aut oderint aut ament; imp Pomp 43. quae praesentiri aut arte aut ratione aut usu aut coniectura possunt; div II 14. — c. horum unum quidque in reprehensione aut non esse signo aut parum magno esse aut a se potius quam ab adversariis stare aut omnino falso dici aut in aliam quoque suspicionem duci posse demonstrabitur; inv I 81. quis est illo aut nobilitate aut probitate aut optimarum artium studio aut innocentia aut ullo laudis genere praestantior? Marcel 4. — d. quae est gens aut quae civitas, quae non aut extispicum aut monstra aut fulgora interpretantium aut augurum aut astrologorum aut sortium aut somniorum aut vaticinationum praedictione moveatur? div I 12. — e. cum aut duplicantur iteranturque verba aut breviter commutata ponuntur, aut ab eodem verbo ducitur saepius oratio aut in idem conicitur aut utrumque, aut adiungitur idem iteratum aut idem ad extremum refertur aut continenter unum verbum non in eadem sententia ponitur; aut cum similiter vel cadunt verba vel desinunt; aut cum sunt contrariis relata contraria; aut cum gradatim sursum versus reditur; aut cum demptis coniunctionibus dissolute plura dicuntur; aut cum aliquid praetereuntes, cur id faciamus, ostendimus; aut cum corrigimus nosmet ipsos quasi reprehendentes; aut si est aliqua exclamatio vel admirationis vel conquestionis ‖ questionis ‖; aut cum eiusdem nominis casus saepius commutantur; orat 135.

autem, aber, dagegen, doch: I. **an zweiter Stelle**: 1. Aussage: a. corporis autem alia ponebant esse in toto, alia in partibus; Ac I 19. populi Romani aures hebetiores, oculos a. esse acres atque acutos; Planc 66. iam contemni non poteris; odium a. et invidiam facile vitabis; fin II 84. — b. cum duo sint genera siderum, quorum alterum nullum umquam cursus sui vestigium inflectat, alterum a. continuas conversiones duas conficiat; nat II 49. bonum omne laudabile, laudabile a. omne honestum, bonum igitur omne honestum; fin IV 48. — c. unam principio partem deus detraxit ex toto, secundam a. primae partis duplam; Tim 22. — d. rursus iam me irasci fortasse dices. ego a. sine iracundia dico omnia; Phil VIII 19. quibus de quaestionibus tu quidem strictim, nostri a. multa solent dicere; nat III 19. hunc omnium superiorum, huius a. omnes, qui postea fuerint, auctoritatem dico secutos; Font 1. cum id non ita magnum, illud a. permagnum videtur; of III 81. ille a. hoc ipso vincit viros optimos; ep II 18, 2. ut ad urbem quam primum cum exercitu accederet; id a. eo consilio, ut ..; Catil III 8. id a. imperium cum retineri nullo modo possit; Q fr I 1, 34. duas Gallias qui decernit ..; qui a. alteram Galliam ..; prov 17. quidam a. ad eas laudes addunt aliquam suam; of I 116. deos iis uti in maximis et optimis rebus; nihil a. nec maius nec melius mundo; nat II 80. — e. illud tenue, quod sentiri nullo modo, intellegi a. vix potest; div II 94. laboro a. non sine causa; fin III 8. illum esse liberum, teneri a. nostrum ordinem; Cluent 144. — f. sed nunc quidem valetudini tribuamus aliquid, cras a. agamus haec; Tusc I 119. extra a. eminent quae appellantur aures; nat II 144. cum beatissimi sint, qui .., minus a. miseri, qui ..; ep V 16, 3. pridie a. apud me Crassipes fuerat; A IX 11, 3. — g. contra a. omnia disputatur a nostris; of II 8. infra a. hanc (stellam) Iovis stella fertur; nat II 52. — h. cum detrimenta considero ..; cum a. res remotas repetere instituo ..; inv I 1. adversi raedarium occidunt. cum a. hic de raeda desiluisset ..; Milo 29. amplior ei supplicii metus est constitutus; ne a. nimium multi poenam capitis subirent ..; Cluent 128. quod a. exemplo nostrae civitatis usus sum ..; rep II 66. quoniam a. etiam mortui miseri sunt ..; Tusc I 9. — i. filia consenescebat. ecce a. subitum divortium; Cluent 14. — 2. Ausruf: qui huius dolor, qui illius maeror erit! quae utriusque lamentatio! quanta a. perturbatio fortunae atque sermonis! Muren 89. quam brevi tempore quot et quanti poëtae, qui a. oratores exstiterunt! Tusc IV 5. — 3. Aufforderung: virtutes a. noli vereri ne expostulent; Tusc V 14. hoc totum quale sit, mox; nunc a. concludatur illud; nat III 37. — 4. Frage: a. cur in eius legione miles fuisti? cur a. praetor te in consilium vocavit?

Digitized by Google

Flac 77. num quis testis Postumum appellavit? testis a.? num accusator? Rab Post 10. haec admirabilia dicamus. quid a. habent admirationis, cum prope accesseris? fin IV 74. quid in re publica fiat — fiat a.? immo vero etiam quid futurum sit; A V 13, 3. „a me", inquit, „omnia proficiscentur." „cur a. sex (fasces)?" A X 4, 9. — b. quam a. ego dicam voluptatem, iam videtis; fin I 43. — 5. Bedingung: hoc a. si ita sit, ut . . ; Ac II 101. si quid de Corinthiis tuis amiseris . .; virtutem a. si unam amiseris . . ; Tusc II 32. haec si censueritis . . ; si a. lenius agetis . . ; Phil V 34. si a. nihil te perturbat; ep XI 16, 1. si fieri possit . .; si a. intelleges . .; ep XVI 1, 2. si scelus adistis, . ; sin a. pudorem diligitis . . ; Cluent 200. sin a. est, quod mecum communicare velis; ep IV 2, 4.

II. an dritter Stelle: servos artifices pupilli cum haberet domi, circum pedes a. homines formosos; Ver I 92. omnes ad Murenam se statim contulerunt. magna est a. comitiis consularibus repentina voluntatum inclinatio; Muren 53. animus se non videns alia cernit. non videt a. formam suam; Tusc I 67. cur coniveres a. altero oculo, causa non esset; nat III 9. quid inconstantius deo? quid inscitius a. est quam . . ? div II 127. de evertendis a. diripiendisque urbibus valde considerandum est ne quid temere; of I 82. de me a. sic habetote; Lael 10. quanta delectatione a. adficerer! Tusc I 98.

III. an vierter Stelle: quid tam divinum a. quam adflatus e terra mentem ita movens, ut . . ? div II 117. quando ista vis a. evanuit? div II 117.

authepsa, Selbstkocher: in quibus (vasis) est authepsa illa, quam tanto pretio nuper mercatus est; Sex Rosc 133.

autumnalis, herbstlich: »in quo (orbe) autumnali atque iterum sol lumine verno exaequat spatium lucis cum tempore noctis«; fr H IV, a, 533.

autumnus, Herbst: cum autumno terra se ad concipiendas fruges patefecerit; rep IV 1.

autumo, meinen: »bene quam meritam esse autumas male merere || mereri || «? orat 166.

avunculus, Oheim, Bruder der Mutter: I. vel ut Q. Tuberoni Africanum avunculum laudanti scripsit C. Laelius; de or II 341. — II. patrem tuum L. Philippus censor avunculum suum praeteriit in recitando senatu; dom 84. — III. vitrici te similem quam avunculi maluisti; Phil II 14. — IV. quae (controversia) mihi fuit cum avunculo tuo; fin III 6.

avus, Großvater, Ahnherr: I. ut condemnaretur filius aut nepos, si pater aut avus deliquisset; nat III 90. non patrem tuum videras, non patruum, non avum, proavum, atavum audieras consules fuisse? Cael 33. — II. de duobus avis iam diximus, Scipione et Crasso; Bru 212. — III. interfectus est C. Gracchus, clarissimo patre, avo, maioribus; Catil I 4. — IV. quae (Medea) duobus avis, Sole et Oceano, Aeeta patre, matre Idyia procreata est; nat III 48.

auxiliarius, Hülfe leistend: res a propraetore una cohorte auxiliaria gesta; prov 15.

auxilium, Hülfe, Beistand, Schutz, Hülfsmittel, Hülfstruppen: I. omnia alia subsidia rei publicae, consilia, auxilia, iura ceciderunt; Flac 3. dixisti non auxilium mihi, sed me auxilio defuisse; Planc 86. hisce ego auxiliis studentibus atque incitatis uti me potuisse confiteor; Planc 87. — II, 1. tu periculorum indicia, tu salutis auxilia ad me et ad senatum attulisti; Flac 102. si vobis indigni essent visi, quibus opem auxiliumque ferretis; Ver II 9. videturne ipsa res publica consulis auxilium implorasse? dom 12. incito: s. I. student. quae (iuris scientia) ipsa auxililium ab eloquentia saepe peteret; orat 141. ab ea (philosophia) omnia adiumenta et auxilia petamus bene beateque vivendi; Tusc IV 84. Sulla nullum auxilium requisivit; Sulla 15. ut eo tueri sex legiones et magna equitum ac peditum auxilia possis; par 45. — 2. vestri auxilii est, iudices, huius innocentiae subvenire; Cluent 4. — 3. desum: s. I. deest. qui multis saepe auxilio fuerim; Piso 18. — 4. ne Gaditanorum auxiliis uti nobis liceret; Balb 25. s. I. student. — III. erat in eo summa in omnes cives opis, auxilii, defensionis benignitas; rep II 35. quodsi tantas auxiliorum nostrorum copias Indutiomarus ipse despexerit; Font 46. — IV. cum meos liberos et uxorem me absente tuis opibus auxilioque defendisses; Planc 73.

axis, Achse: 1. quae (terra) traiecto axi sustinetur; Tim 37. — 2. quae (terra) cum circum axem se summa celeritate convertat et torqueat; Ac II 123.

Baca, Beere, Baumfrucht: I. arbores seret diligens agricola, quarum aspiciet bacam ipse numquam; Tusc I 31. id semen inclusum est in intima parte earum bacarum, quae ex quaque stirpe funduntur; nat II 127. — II. pars: s. I. fundo.

bacchatio, Schwelgerei: sileatur de nocturnis eius bacchationibus ac vigiliis; Ver I 33.

bacchor, toben, rasen, schwelgen: quod eos furere atque bacchari arbitraretur; Bru 276. quasi inter sobrios bacchari vinulentus videtur; orat 99. quanta in voluptate bacchabere! Catil I 26.

bacillum, Stock, Stab: I. lituus, id est incurvum et leviter a summo inflexum bacillum; div I 30. — II. bacillum propter me, quo (volucres et feras) abigam, ponitote; Tusc I 104. — III. anteibant lictores non cum bacillis, sed cum fascibus; agr II 93. quos (lictores) ego † non || nunc || paulisper cum bacillis in turbam conieci; A XI 6, 2.

baculum, Stock: proximus lictor converso baculo oculos misero tundere vehementissime coepit; Ver V 142.

baiulus (baiolus), Lastträger: I. cum operarii aut baiuli || baioli || deesse non possint; Bru 257. — II, 1. ut ait Caecilius, „remigem aliquem aut baiulum" nobis oratorem descripseras; de or II 40. — 2. nec quicquam inter Alcibiadem summo loco natum et quemvis baiolum interesse; Tusc III 77.

balbus, stammelnd: cum (Demosthenes) ita balbus esset, ut eius ipsius artis, cui studeret, primam litteram non posset dicere; de or I 260. ne plures esse balbos quam disertos putes; ep IX 19, 2.

balbutio, stammeln, unklar sein: I. Peripatetici balbutire aliquando desinant; Tusc V 75. — II. praeter Epicurum balbutientem de natura deorum; div I 5. — III. perpauca balbutiens || balbuttiens ||; Ac II 137.

balista, Schleudermaschine: ut balistae lapidum eo graviores emissiones habent, quo . .; Tusc II 57.

balnearia, Bäder, Badezimmer: I. (Chrysippus) balnearia laudat maiora, de minoribus ait hiberne effici posse; A XIII 29, 1 (2). II. in balneariis assa in alterum apodyterii angulum promovi; Q fr III 1, 2. nihil ei (Diphilo) restabat praeter balnearia et ambulationem et aviarium; Q fr III 1, 1.

balneator, Bademeister: quem temperantem fuisse ferunt balneatorem; Phil XIII 26.

Digitized by Google

balneolum, kleines Bad: primus balneola suspendit, inclusit pisces; fr F V 76.

balneum (balineum), Bad, **balneae,** Badeanstalt: I, 1. balineum ‖ balneum ‖ calfieri iubebo; A II 3, 4. quam multa (Crassus) de balneis, quas nuper ille (Brutus) vendiderat, dixit! de or II 223. — 2. dico de: s. 1. vendo. huc te e balneo, priusquam accumberes, ducere volebant; Deiot 17. de balineis ‖ balneis ‖ exeunti; Vatin 31. cum e balineo exissem: A XV 13, 5. si potuisset honeste scribere se in balneis cum id aetatis filio fuisse; Cluent 141. labrum si in balineo non est; ep XIV 20. ut (servi) venirent ad balneas Senias; Cael 61. — II. si essent in vestibulo balnearum; Cael 62. III. occiditur ad balneas Pallacinas ‖ Palatinas, al. ‖ Sex Roscius: Sex Rosc 18.

barba, Bart: I. sordidati, maxima barba et capillo, Romae biennio prope fuerunt; Ver II 62. — II. regiae virgines ut tonstriculae tondebant barbam et capillum patris; Tusc V 58.

barbare, ungebildet, roh: si grammaticum se professus quispiam barbare loquatur; Tusc II 12.

barbaria, barbaries, Barbarenland, Barbarenvolk, Roheit, Wildheit: I. si haec turba et barbaria forensis dat locum vel vitiosissimis oratoribus; de or I 118. ista vero quae et quanta barbaria est! Phil II 108. nec eos aliqua barbaries domestica infuscaverat; Bru 258. — II, 1. a quo (philosopho) non solum Graecia et Italia, sed etiam omnis barbaria commota est; fin II 49. — 2. isti immani atque intolerandae barbariae resistemus; Font 44. — III. quae (pantherae) in barbaria venenata carne caperentur; nat II 126.

barbarus, ausländisch, fremd, ungriechisch, roh, wild, ungebildet: A. neque tam barbari lingua et natione illi quam tu natura et moribus; Ver IV 112. non esse barbaris auxiliis fallacissimae gentis rem publicam defendendam; A XI 7, 3. absurdum erat in barbaris casibus Graecam litteram adhibere: orat 160. ecqua civitas est tam immanis ac barbara? Ver IV 24. ne hominibus levitate Graecis, crudelitate barbaris civem vestrum dederetis; Flac 24. reges barbaros incitare; A VIII 11, 2. servos agrestes et barbaros ex Appennino deduxerat; Milo 26. — B, I, 1. si barbarorum est in diem vivere; de or II 169. — 2. nobis sinistra videntur, Graiis et barbaris dextra meliora; div II 82. — II. cur barbarorum deos repudiemus? nat III 47. ut via illa nostra excursionibus barbarorum sit infesta; prov 4. neglecta barbarorum inscitia; ep IX 3, 2. — III. beluas a barbaris propter beneficium consecratas; nat I 101.

barbatulus, bärtig, mit wenig Bart: concursabant barbatuli iuvenes; A I 14, 5. aliquem barbatulos mullos exceptantem de piscina; par 38.

barbatus, bärtig: A. quos aut imberbes aut bene barbatos videtis; Catil II 22. Iovem semper barbatum, Apollinem semper imberbem esse: nat I 83. si mulli barbati in piscinis sint; A II 1, 7. — B. hic mos iam apud illos antiquos et barbatos fuit; fr A VIII 4. s. **barbula.**

barbula, Bärtchen: aliquis ex barbatis illis, non hac barbula, sed illa horrida; Cael 33.

bardus, stumpfsinnig, dumm: stupidum esse Socraten et bardum; fat 10.

baro, Tölpel, einfältiger Mensch: I. ille baro te putabat quaesiturum ..; ep IX 26, 3. — II. apud Patronem et reliquos barones te in maxima gratia posui; A V 11, 6.

basilica, Halle, Gerichtshalle: basilicam habeo, non villam, frequentia Formianorum; A II 14, 2. qui forum et basilicas ornamentis amicorum ornarent; Ver IV 6. Paulus in medio foro basilicam iam paene refecit ‖ texuit, al. ‖ isdem antiquis columnis; A IV 17, 7 (16, 14).

basis, Fußgestell, Grundmauer, Grundlinie: 1. basis trianguli, quem efficiunt grues, ventis adiuvatur; nat II 125. ita omnia convestivit hedera, qua basim villae, ut ..; Q fr III 1, 5. ut (quaestores urbis) eam basim statuamque faciendam et in rostris statuendam locent; Phil IX 16. — 2. ut esset, quod in basi tropaeorum inscribi incidique posset; Piso 92.

batuo, stoßen: „batuit ‖ battuit ‖ “, inquit, impudenter, „depsit“ multo impudentius; ep IX 22, 4.

beate, glücklich, glückselig: quae nihil valerent ad beate misereve vivendum; fin III 50. virtus ad beate vivendum se ipsa contenta est; fin V 79. nihil est aliud bene et beate vivere nisi honeste et recte vivere; par 15.

beatitas, beatitudo, Glückseligkeit: ista, sive beatitas sive beatitudo dicenda est (utrumque omnino durum, sed usu mollienda nobis verba sunt), cur in solem illum cadere non potest? nat I 95.

beatus, glücklich, glückselig, selig, gesegnet, begütert, reich: A. cum (Crotoniatae) florerent omnibus copiis et in Italia cum primis beati numerarentur; inv II 1. omnibus, qui patriam conservarint, certum esse in caelo definitum locum, ubi beati aevo sempiterno fruantur; rep VI 13. non solum sapiens, qui hinc absis, sed etiam beatus; ep VII 28, 1. velim, ut (Dionysius) tibi amicus sit. hoc cum tibi opto, opto ut beatus sis: erit enim tam diu; A X 16, 1. huius (M. Valerii Corvini) extrema aetas hoc beatior quam media, quod ..: Cato 60. Dionysius tyrannus fuit opulentissimae et beatissimae civitatis; nat III 81. ex quo esse beati (dei) atque aeterni intellegantur; nat I 106. clarae mortes pro patria oppetitae rhetoribus beatae videri solent; Tusc I 116. numquam vidi solem aut mundum beatum; nat I 96. esse quandam beatam naturam et aeternam, nat III 3. sapientes omnes esse semper beatos; fin V 77. sol: s. mundus. o terram illam beatam, quae hunc virum exceperit! Milo 105. in virtute non beatam modo vitam, sed etiam beatissimam ponere; Tusc V 51. — B. **a,** I. his (perturbationibus) vacuus animus perfecte atque absolute beatos efficit; Tusc IV 38. — II. ut (gladius) impenderet illius beati cervicibus; Tusc V 62. si nobis in beatorum insulis immortale aevum, ut fabulae ferunt, degere liceret; fr F V 50. — **b.** ex bonis, quae sola honesta sunt, efficiendum est beatum; Tusc V 45.

bellator, Krieger: I. (T Postumius) de re publica non minus vehemens orator quam bellator fuit; Bru 269. — II, 1. an accusatori maiores nostri maiora praemia quam bellatori esse voluerunt? Balb 54. — 2. ecquae pacifica persona desideretur, an in bellatore sint omnia; A VIII 12, 4.

bellatrix, streitbar: ista bellatrix iracundia qualis est cum uxore? Tusc IV 54.

belle, schön, artig, fein, angenehm, wohl: I. mihi Antiochum, quem audis, satis belle videris attendere; fin V 6. cecidit belle; A XIII 33, a. 1 (4). te bellissime cum quaestore Mescinio decursurum; ep XVI 4, 3. Piliam et Atticam plane belle se habere; A XII, 37, 1. Corcyram bellissime navigavimus; ep XVI 9, 1. oblecta te cum Cicerone nostro quam bellissime; Q fr II 11, 4. bellissime in nostris praediis esse poteritis; ep XIV 14, 1. — II. sumus ambo belle curiosi; A VI 1, 25. — III „bene“ et „praeclare“ quamvis nobis saepe dicatur; „belle“ et „festive“ nimium saepe nolo; de or III 101.

bellicosus, kriegerisch: (Dalmatae) semper habiti sunt bellicosi; ep V 11, 3. maiores vestri bellicosissimas gentes in dicionem huius imperii redegerunt; Phil IV 13.

bellicum, Kriegssignal: (Thucydides) de bellicis rebus canit etiam quodam modo bellicum;

Digitized by Google

orat 39. simul atque aliqui motus novus bellicum canere coëgit || coepit ||; Muren 30.

bellicus, zum Kriege gehörig: tu domesticam, tu bellicam disciplinam aperuisti; Ac I 9. studium bellicae gloriae; of I 61. quos peritissimos bellici iuris esse arbitramur; Balb 45. ut ex bellica laude aspirare ad Africanum nemo potest; Bru 84. se legationibus bellicis eruditum (fuisse); Balb 47. multae res exstiterunt urbanae maiores clarioresque quam bellicae; of I 74. f. **bellicum.** qui tot habet victorias bellicas, quot . .; Balb 9. in praesidio bellicae virtutis; Muren 22.

belligero, Krieg führen: quoniam nobis cum fortuna belligerandum fuit; Quir 19.

bello, Krieg führen, kämpfen: I, 1. animos ardentes consuetudine et cupiditate bellandi; rep II 26. — 2. fuit proprium populi Romani longe a domo bellare; imp Pomp 32. Gigantum modo bellare cum dis; Cato 5. — II. cum illa civitas cum Poenis suo nomine ac sua sponte bellaret; Ver IV 72.

bellum, Krieg (vgl. **duellum**): I. **absolut:** 1. bellum civile ac domesticum appropinquare dixerunt; Catil III 19. potest esse bellum, ut tumultus non sit, tumultus esse sine bello non potest; Phil VIII 2. quasi vero non idem unumque bellum sit contra hoc iugum impiorum nefarium; Phil XI 6. quod (bellum) cum Persis fuit; of III 49. video, quantum id bellum et quam pestiferum futurum sit; A VIII 14, 2. f. 2. quod (bellum civile) natum, conflatum, susceptum opera tua est; Phil II 70. ortum repente bellum Allobrogum fregit; prov 32. potest: f. est; Phil VIII 2. secutum est bellum Africanum; Deiot 25. in Sicilia quod bellum tam diuturnum, tam calamitosum te praetore versatum est, ut . .? Ver III 124. videtur: f. II, 1. inflammo. — 2. utrum hoc bellum non est an est || etiam || tantum bellum, quantum numquam fuit? Phil VIII 7.

divido, trennen, teilen, scheiden, einteilen, verteilen: I. vitiosum est in dividendo partem in genere numerare; fin II 26. — II. Graecus primo distinguere et dividere, illa quem ad modum dicerentur; Piso 69. — III quae in confirmationem et in reprehensionem dividuntur; part or 33. agrum Campanum tu compransoribus tuis dividebas; Phil II 101. dividere causam aut proponere; de or II 80. genus universum in species certas partietur ac dividet; orat 117. mons divisus aquarum divertiis ‖ divortiis ‖; ep II 10, 2. in quos (locos) honesti naturam vimque divisimus; of I 18. cuius legati dividere tuis operis nummos solebant; har resp 28. quae (praecepta) in singula causarum dividentur genera; inv I 34. quoniam quattuor in partes totam quaestionem divisisti; nat III 20. (Hortensius) rem dividebat acute; Bru 303. seniores a iunioribus divisit; rep II 39. vim: f. naturam. urbem se divisurum esse; Phil IV 10.

dividuus, teilbar: id (materiae genus dens) interiecit inter individuum atque id, quod dividuum esset in corpore; Tim 21. mortale omne animal et dissolubile et dividuum sit necesse est; nat III 29.

divinatio, Ahnung, Eingebung, Weissagung, Bestimmung des Anklägers: I, 1. quae (divinatio) est earum rerum, quae fortuitae putantur, praedictio atque praesensio; div I 9. ut et, si divinatio sit, di sint et, si di sint, sit divinatio; div I 10. apud Catonem erat divinatio in Gabinium futura inter Memmium et Ti. Neronem; Q fr III 2, 1. cui divinationi hoc plus confidimus, quod ea nos nihil in his tam obscuris rebus umquam omnino fefellit; ep VI 6, 4 — 2. iam ista divinatio est; qua si uti licet, vide, ne ..; Cluent 97. — II, 1. Chrysippus divinationem definit his verbis: vim cognoscentem et videntem et explicantem signa, quae a dis hominibus portendantur; div II 130. sequitur μαντική vestra, quae Latine divinatio dicitur; nat I 55. hic (Epicurus) circumitione quadam deos tollens recte non dubitat divinationem tollere; div II 40. — 2. confido: f. I, 1. fallit. — 3. utor: f. I, 2. — III, 1. quoniam constitui apud te auctoritatem augurii et divinationis meae; ep VI 6, 7. quod difficile dictu videtur, quae cuiusque divinationis ratio, quae causa sit; div I 85. quod esse clara et perspicua divinationis genera iudico; div I 10. ratio: f. causa. — 2. quos (libros) de divinatione edidi; fat 1. — IV. quod tamen ipsum nescio qua permotus animi divinatione non despero; ep III 13, 2.

divine, durch göttliche Eingebung, vortrefflich: qui potuit divinius utilitates complecti maritimas Romulus? rep II 10. non modo plura, sed etiam pauciora divine praesensa et praedicta reperiri; div I 124.

divinitas, Göttlichkeit, göttliches Wesen, göttliche Weisheit: I. unde esset illa tanta tua in causis divinitas; de or II 362. — II, 1. (Cleanthes) divinitatem omnem tribuit astris; nat I 37. — 2. quod alterum divinitatis mihi cuiusdam videtur, alterum humanitatis; de or II 86. — 3. non me de perfecti oratoris divinitate quadam loqui; de or II 298. — III. siquidem Theophrastus divinitate loquendi nomen invenit; orat 62.

divinitus, durch göttliche Fügung, Eingebung vorahnend, herrlich: si id divinitus accidisse potuerit videri; part or 82. multa divinitus a tribus illis consularibus Cotta deplorata et commemorata narrabat; de or I 26. ut id ipsum, quod erat hominis proprium, non partum per nos, sed divinitus ad nos delatum videretur; de or I 202. deploro: f. commemoro. quae philosophi divinitus ferunt esse dicta; de or I 28. quae (sortes) ductae ut in rem apte cadant, fieri credo posse divinitus; div I 34. si Plato de rebus ab civilibus controversiis remotissimis divinitus est locutus; de or I 49. in hominibus de me divinitus meritis; sen 30.

divino, ahnen, erraten, voraussehen, in die Zukunft schauen, weissagen: I, 1. in optima quaque re publica plurimum auspicia et reliqua divinandi genera valuisse; div I 95. primum mihi videtur a deo, deinde a fato, deinde a natura vis omnis divinandi ratioque repetenda; div I 125. — 2. quod is, qui divinat, praedicit, id vero futurum est; div II 20. in Persis augurantur et divinant magi; div I 90. — II. etsi, quem exitum acies habitura sit, divinare nemo potest; ep VI 3, 2. — III. non equidem hoc divinavi; A XVI 8, 2. neque ego, ea, quae facta sunt, fore cum dicebam, divinabam futura; ep VI 1, 5.

divinus, die Götter betreffend, göttlich, herrlich, erhaben, gottbegeistert, weissagend, Wahrsager, Seher: A. quem (Platonem Panaetius) omnibus locis divinum appellat; Tusc I 79. (Cleantes) nihil ratione censet esse divinius; nat I 37. ut illud nescio quid non fortuitum, sed divinum videretur; ep VII 5, 2. vgl. B, b. o divina senatus admurmuratio! Ver V 41. divinus animus mortale nihil habuit; Scaur 50. eum quasi divino consilio isti negotio praepositum esse; ep XIII 4, 4. rationem, consilium, prudentiam qui non divina cura perfecta esse perspicit; nat II 147. furore divino incitatus animus; div II 100. vir divina et incredibili fide; Milo 91. bene meriti de rebus communibus ut genere etiam putarentur, non solum ingenio esse divino; rep II 4. Ser. Galbam memoria teneo divinum hominem in dicendo; de or I 40. ingenium: f. genus. iura divina atque humana; Sex Rosc 37. (stellae) divinis animatae mentibus; rep VI 15. ut de tuis divinis in rem publicam meritis sileretur; ep XI 6, 2. omnem vim mundi natura divina contineri (necesse est); nat II 30. qui nullam vim esse ducit numenve divinum; Milo 83. quas (res) divina providentia dicimus constitutas; nat II 98. nemo cunctam intuens terram de divina ratione dubitaret; nat II 99. nondum divinae religionis, non humani officii ratio colebatur; inv I 2. contra omnes divinas atque humanas religiones; Ver V 34. patera, qua mulieres ad res divinas uterentur; Ver IV 46. tu omnium divinarum humanarumque rerum nomina, genera, officia, causas aperuisti; Ac I 9. senatus frequens divinus fuit in supplicatione Gabinio deneganda; Q fr II 6, 1. divina haec fere sunt testimonia; Top 77. sequar divinum illum virum; leg III 1. incredibilis ac divina virtus; Phil X 11. qui (Strato) omnem vim divinam in natura sitam esse censet; nat I 35. f. numen. — B, a. 1. cum plurimis de rebus divini isti menti-

Digitized by Google

autur; nat III 14. — II. ad sapientes haec, non ad divinos referri solent; div II 11. — b, I. inesse in animis hominum divina quaedam; Tusc I 56. — II. cum a sensibus profecti (philosophi) maiora quaedam et diviniora vidissent; fin IV 42.

divisio, Teilung, Verteilung, Einteilung: I. quadripertita fuit divisio tua; nat III 6. non honestum verbum est „divisio"? at inest obscenum, cui respondet „intercapedo"; ep IX 22, 4. — II. 1. divisio (sic quaeritur) et eodem pacto partitio [sic]: triane genera bonorum sint; Top 83. — 2. si qua in re discrepavit || discrepuit || ab Antonii divisione nostra partitio; de or III 119. de agri Campani divisione disputet; agr II 78. illa neque habent suum locum ullum in divisione partium neque . .; de or II 50. ut intellegatur, quid velimus inter partitionem et divisionem interesse; Top 34. in divisione formae (sunt), quas Graeci εἴδη vocant, nostri „species" appellant; Top 30. — III. divisionum definitio formas omnes complectitur, quae sub eo genere sunt, quod definitur; Top 28. — IV. non est vitiosum in re infinita praetermittere aliquid. quod idem in divisione vitiosum est; Top 33.

divisor, Verteiler, Geldverteiler: I. alterum (senatus consultum), cuius domi divisores habitarent, adversus rem publicam; A I 16, 12. — II. 1. consul domi divisores habere (dicitur); A I 16, 12. divisores omnium tribuum noctu ad istum vocatos; Ver pr 22. — 2. quod HS ccc divisoribus, ut praetor renuntiarere, dedisti; Ver IV 45. — III. in furis atque divisoris disciplina educatus; Ver III 161.

divitiae, Reichtum: I. divitiae (oportunae sunt), ut utare, opes, ut colare; Lael 22. — II. nihil est tam angusti animi quam amare divitias; of I 68. multi divitias despiciunt; Lael 86. expetuntur divitiae cum ad usus vitae necessarios, tum ad perfruendas voluptates; of I 25. ego ipse, quem tu per iocum (sic enim accipio) „divitias orationis" habere dicis; ep IV 4, 1. in oratione Crassi divitias atque ornamenta eius ingenii per quaedam involucra perspexi; de or I 161. — III. divitiarum est fructus in copia; par 47. — IV. ut Sullanos possessores divitiis augeatis; agr II 69. quod si adsequor, supero Crassum divitiis; A I 4, 3.

divortium (divertium), Scheidung, Wasserscheide, Ehescheidung: I. si iudicaretur certis quibusdam verbis, non novis nuptiis fieri cum superiore divortium; de or I 183. haec, ut ex Apennino fluminum, sic ex communi sapientiae || sapientium || iugo sunt doctrinarum facta divortia; de or III 69. divortium Muciae vehementer probatur; A I 12, 3. — II, 1. mons divisus aquarum divertiis || divortiis ||; ep II 10, 2. — 2. qui (Amanus) Syriam a Cilicia in aquarum divertio || divortio || dividit; A V 20, 3.

diurnus, bei Tage, einen Tag dauernd: nocturnum furem quoquo modo, diurnum autem, si se telo defenderet, interfici impune; Milo 9. tantos labores diurnos nocturnosque; Cato 82. »luctum lacrimis finire diurnis«; Tusc III 65. possunt cuiquam esse utiles diurni et nocturni metus? of III 84. cum alicuius annui, menstrui, diurni nocturnive spatii certa significatione; inv I 39. ut tota tempora diurna in iis (devorsoriis) possim consumere; A XI 5, 2.

dius f. fidius.

diutinus, lange dauernd: tantus ardor animos hominum occupavit odio diutinae servitutis; ep XI 8, 2.

diuturnitas, lange Dauer, Länge der Zeit: I. quod adlatura est ipsa diuturnitas, quae maximos luctus vetustate tollit; ep V 16, 5. posteaquam diuturnitas pacis otium confirmavit; de or I 14. tollit: f. adfert. — II. ut eius (doloris) diuturnitatem adlevatio consoletur; fin I 40. — III. nihil est tam ad diuturnitatem memoriae stabile, quam id, in quo aliquid offenderis; de or I 129. — IV. malus est custos diuturnitatis metus; of II 23. — V. nec confirmaretur (opinio) diuturnitate temporis; nat II 5. nec (aetas) subito frangitur, sed diuturnitate exstinguitur; Cato 38.

diuturnus, lange dauernd, langjährig, lange bestehend: neque hoc, quod agitur, videtur diuturnum esse posse; A XI 3, 3. ut diuturniora bona brevioribus (anteponantur); Top 69. ut quam maxime permaneant diuturna corpora; Tusc I 108. (orationem) non posse in delectatione esse diuturna; de or III 100. a diuturnis dissensionibus conquiescamus; har resp 46. infirmus ex gravi diuturnoque morbo; Phil VIII 5. valet in fulguribus observatio diuturna; div II 42. quaesturae diuturnum tempus; Ac II 2. hominem emersum subito ex diuturnis tenebris lustrorum; Sest 20. quas (res) diuturnus usus ita notavit; nat II 166.

divulgo, verbreiten, bekannt machen, veröffentlichen, preisgeben: I. visum est occultius agendum neque ullo modo divulgandum de te iam esse perfectum; ep VI 12, 3. — II. hunc librum, etiamsi minus nostra commendatione, tuo tamen nomine divulgari necesse est; orat 112. qui (Hermodorus) Platonis libros solitus est divulgare; A XIII 21, a. 1 (4). adipiscendi magistratus levissimi et divulgatissimi festinatio; ep X 26, 2. hanc rem sermonibus divulgari voluerunt; Font 20. cuius primum tempus aetatis palam fuisset ad omnium libidines divulgatum; sen 11.

divus (divom f. B, a, III), göttlich, Gott, neutr. freier Himmel: A. est ergo flamen divo Iulio M. Antonius? Phil II 110. — B, a, I. de divis, neque ut sint neque ut non sint, habeo dicere; nat I 63. — II, 1. »divos eos, qui caelestes semper habiti, colunto«; leg II 19. — 2. dico de: f. I. huic praestantissimae rei nomen nostri a divis, Graeci a furore duxerunt; div I 1. — III. »divom simulacra peremit fulminis ardor«; div I 19. — b. (signa) in silva disposita sub divo; Ver I 51.

do (duint f. III. mentem), geben, hingeben, widmen, übergeben, übertragen, zuschreiben, anrechnen, liefern, zahlen, zugeben, einräumen, gewähren, gestatten, bestimmen, anführen, nennen, ernennen, darstellen, zeigen, verursachen, erregen: I. absolut: qui tamen de cohorte sua dare non solebat; Ver II 34. in cellam cum cupiant gratis dare; Ver III 228. se a me quodam modo dare; A V 21, 11. pater dat filiae. de suis bonis ita dat, ut ab iure non abeat; Ver I 144.

II. mit Ergänzung: 1. si tibi fortuna non dedit, ut patre certo nascerere; Sex Rosc 46. f. III. alqd; ep VI 8, 1. — 2. illi non dabunt fortasse vitam beatam habere, in quo possit iure gloriari; fin IV 51.

III. mit einfachem Object: qui (Q. Scaevola) quamquam nemini se ad docendum dabat; Brn 306. se in conspectum nautis paulisper dedit; Ver V 86. provinciae se ac rei militari dedit; har resp 42. quos in custodiam dederat; Phil III 10. da te homini; complectetur; ep II 8, 2. velim des te ad lenitatem; ep XIII 1, 4. in viam quod te des hoc tempore, nihil est; ep XIV 12. quod sibi ille dederat, quicum disputabat; in I 53. quod tibi omnes dant; de or II 125. fac id te dedisse mihi, quod non ademisti; Phil II 60. dabit hoc Zenoni Polemo; fin IV 51. tantum (vir bonus) dabit amicitiae, ut veram amici causam esse malit; of III 43. mihi hoc dederunt, ut esses in Sicilia, quoad velles; ep VI 8, 1. f. facinus, liberos. iis colonis agros || agrum || dari iubet; agr II 75. cum tibi sive deus sive mater, ut ita dicam, rerum omnium natura dederit animum; par 14. unum da mihi ex illis aratoribus; Ver III 180. nisi forte haec illi (Caesari) tum arma dedimus, ut nunc cum bene parato pugnaremus; A VII 6, 2. dic HS ccc|ↃↃ dedisse, qui assem nullum dedit; Q Rosc 49. se dedisse beneficium, non accepisse; ep VI 19 2. f. testimonium. esse stultitiam ab iis porrigen-

Digitized by Google

tibus et dantibus (bona) nolle sumere; nat III 84. dandae cervices erant crudelitati nefariae; Phil V 42. civitas non iam singillatim, sed provinciis totis dabatur; Phil II 92. consilium fidele deliberanti dare; of I 52. nec consulto alteri damnum dari sine dolo malo potest; Tul 34. sese decumas ei, quem ad modum deberent, daturos; Ver III 68. Tulliola tibi diem dat; A I 10, 6. te existimo cum populis, tum etiam singulis hodierno sermone leges vivendi et disciplinam daturum; leg I 57. dedit illi dolorem; A VII 13, 1. equites, frumentum, pecuniam dare coacti sunt; Font 26. tibi exercitum patria pro se dedit; Phil XIII 14. iidem etiam di fraudem dederunt, facinus ceteraque; nat III 75. ut ad te scribendi meo arbitratu facultas nulla detur; ep XII 30, 1. fidem hosti datam fallere; of I 39. fraudem: f. facinus. frumentum eos in cellam dare; Ver III 226. f. equites. dedit divinis duo genera motus; Tim 36. ut in ipsa petitione gladiatores audeas dare; Vatin 37. C. Caesari imperium extraordinarium dedi; Phil XI 20. tu ad me velim proximis litteris, ut se initia dederint, perscribas; A III 23, 5. quod iudices ex lege Rupilia dati non erant; Ver II 42. ut in haec verba iudicium dent; Tul 41. f. recuperatores. omnibus bonis firmisque populis leges damus; leg II 35. f. disciplinam. quid dulcius hominum generi ab natura datum est quam sui cuique liberi? Quir 2. plebi re, non verbo danda (fuit) libertas; leg III 25. quo ex loco aut quo tempore (litterae) essent datae; ep II 19, 1. quoad aetas M. Caelii dare potuit isti suspicioni locum; Cael 9. quae publice decumanis lucra data sint; Ver III 100. si rationem hominibus di dederunt, malitiam dederunt; nat III 75. utinam tibi istam mentem di immortales duint! Catil I 22. dat hospiti suo cuidam negotium, ut aliquem reperiret; Ver IV 100. ut nummos pro frumento darent; Ver III 191. iam Clitomacho Philo vester operam multos annos dedit; Ac II 17. danda omnino opera est, ut omni generi satis facere possimus; of II 71. quae partes corporis ad naturae necessitatem datae; of I 126. dant (parvi) se ad ludendum; fin V 42. pecuniam: f. equites. nisi rei publicae poenas dederis; Phil XIII 44. ei Verres possessionem hereditatis negat se daturum; Ver I 124. quae (lex) definite potestatem Pompeio civitatem donandi dederat; Balb 32. quaedam praecepta danda sunt; of II 44. praemia legatis Allobrogum dedistis amplissima; Catil IV 5. si quies dabitur; A II 20, 2. rationem: f. malitiam. necesse putavit esse et in universam familiam iudicium dare et recuperatores dare, ut . .; Tul 10. ut, si quid satis dandum erit, „AMPLIUS EO NOMINE NON PETI“, cures, ut satis detur fide mea; ep XIII 28, 2. sententia cum iudicibus daretur; de or I 232. HS: f. assem. multa iam mihi dare signa puerum et pudoris et ingenii; fin III 9. qui supplicium dederit indemnatus; inv II 85. quod datum est temporis nobis; Tusc II 9. quorum dignitati populus Romanus testimonium, non beneficium ambitioni dedit; Planc 50. cum testes ex Sicilia dabo; Ver IV 48. dasne adulescenti veniam? fin V 76. vel verba mihi dari facile patior in hoc; A XV 16.

IV. **mit Object und Zusatz:** 1. ne sibi crimini daretur eos ab se pecunia liberatos; Ver I 12. te inopia criminum summam laudem Sex. Roscio vitio et culpae dedisse; Sex Rosc 48. quod Q. Metello laudi datum est; Planc 89. si despicere se dicant ea, iis non modo non laudi, verum etiam vitio dandum puto; of I 71. — 2. consulibus senatus rem publicam defendendam dedit; Phil VIII 15. sin homo amens diripiendam urbem daturus est; ep XIV 14, 1. — 3. mundus hic totus, quod domicilium quamque patriam di uobis communem secum dederunt; rep I 19. dat iste viros optimos recuperatores; Ver III 54.

doceo, lehren, belehren, unterrichten, unterweisen, zeigen, dartun, nachweisen, aufführen: I. 1, a. erat in homine summum vel discendi studium vel docendi; rep II 1. Molonem instituendo docendoque prudentissimum; Bru 316. quoniam docendi causa a gaudio laetitiam distinguimus; Tusc IV 66. — b. „dignitatem docere non habet“. certe, si quasi in ludo; orat 144. docere debitum est, delectare honorarium, permovere necessarium; opt gen 3. — 2. qui (Apollonius) cum mercede doceret; de or I 126. ut modo docui, veri a falso distinctio traditur; fin I 64. hoc nunc magis animum adverto, quod Tyrannio docet apud me; Q fr II 4, 2. — II, 1. doce, quam pecuniam Cluentius dederit; Cluent 124. primum (nostri) docent esse deos, deinde quales sint; nat II 3. — 2. canere ipse (Aristoxenus) doceat; Tusc I 41. — 3. nisi vetustas ea certa esse docuisset; leg II 33. f. 1. ea sumenda docebat; Ac I 36. at sectabantur multi, doce mercede; concedam esse crimen; Muren 70. — III. cum aut docendus is est aut dedocendus; de or II 72. cum causam docuisset; of II 82. civitates quaedam universae more doctae parsimonia delectantur; Tusc V 99. cum Thyesten fabulam docuisset; Bru 78. mihi videris Latine docere philosophiam; fin III 40. — IV, 1. nihil de dividendo ac partiendo (Epicurus) docet; fin I 22. — 2. quae (litterae) me docerent, quid ageres; ep III 6, 5. — 3. haec (philosophia) una nos cum ceteras res omnes, tum docuit, ut nosmet ipsos nosceremus; leg I 58. — 4. docemur auctoritate nutuque legum domitas habere libidines; de or I 194. qui te tanta mercede nihil sapere doceat; Phil II 8. — 5. docuit nos idem, qui cetera, natura effectum esse mundum; nat I 53. — 6. ut ea, quae scimus, alios docere possimus; nat II 148. f. 5. causam Sthenii totam et istius crudelitatem et iniquitatem senatum docent; Ver II 95. res: f. 3.

dochmius, dochmischer Versfuß: dochmius e quinque syllabis, brevi, duabus longis, brevi, longa, ut est hoc: „amicos tenes“, quovis loco aptus est, dum semel ponatur; orat 218.

docilis, gelehrig: o medicum suavem meque docilem ad hanc disciplinam! ep VII 20, 3. coërcet beluam, et eam docilem; rep II 67. [et] attentum ut principio faciamus iudicem et docilem; de or II 323.

docilitas, Gelehrigkeit: perspecto genere humanae docilitatis; Sest 91.

docte, gelehrt, wohl unterrichtet: (Pythagoram) docte et copiose disseruisse quaedam; Tusc V 8. quicum haec familiariter docteque rideam; ep XII 18, 2.

doctor, Lehrer: I, 1. eius (Xenocratis) doctor Plato triplicem finxit animum; Tusc I 20. intellegit: f. II, 1. quae Graeci dicendi artifices et doctores reliquerunt; de or I 23. — 2. iudicem esse me, non doctorem volo; orat 117. — II, 1. hoc doctoris intellegentis est videre, quo . .; Bru 204. — 2. cum ab iis doctoribus, quibus ille uteretur, erudiremur; de or II 2. — III. cum ad cuiusque naturam institutio doctoris accommodaretur; de or III 35. — IV. ab: f. II, 2.

doctrina, Unterricht, Unterweisung, Gelehrsamkeit, Wissenschaft: I. accessit istuc doctrina non moderata nec mitis, sed paulo asperior et durior; Muren 60. disertis elegans doctrina defuit; orat 13. unam quandam omnium rerum fuisse doctrinam; de or III 140. in his fere rebus omnis istorum artificum doctrina versatur; de or I 145. — II, 1. Pericles primus adhibuit doctrinam; Bru 44. ‖ si ‖ usus doctrinam confirmet; de or III 88. omnem doctrinam harum ingenuarum et humanarum artium uno quodam societatis vinculo contineri; de or III 21. quibus (artibus) liberales doctrinae atque ingenuae continerentur; de or III 127. (Aristoteles) ornavit et inlustravit doctrinam illam omnem; de or III 141. quod ab aliis rerum, ab aliis verborum doctrina

quaeritur; orat 17. — 2. ut ad eam doctrinam adiungeretur usus frequens; de or I 15. qui in harum artium liberalissimis studiis sint doctrinisque versati; de or I 11. — III. noli prae te ferre vos plane expertes esse doctrinae; nat II 47. — IV. mirus quidam omnium quasi consensus doctrinarum concentusque reperitur; de or III 21. illas omnium doctrinarum inventrices Athenas; de or I 13. multi in exsilio dolorem suum doctrinae studiis levarunt; fin V 53. — V, 1. si essent Graecis doctrinis eruditi; Ac I 4. quae bona sint, fieri meliora posse doctrina; de or I 115. sit modo is, qui dicet aut scribet, institutus liberaliter educatione doctrinaque puerili; de or III 125. qui natura doctrinaque longe ad virtutem processissent; fin IV 21. illa sunt non aliqua mihi doctrina tradita, sed in rerum usu causisque tractata; de or I 208. — 2. ingenuit (natura) sine doctrina notitias parvas rerum maximarum; fin V 59.

doctus, unterrichtet, gelehrt, gebildet, klug: A. hoc loco primum videtur insitiva quadam disciplina doctior facta esse civitas; rep II 34. homo doctissimus atque humanissimus; Ver IV 98. et mediocriter doctos magnos in re publica viros et doctissimos homines non nimis in re publica versatos multos commemorare possumus; leg III 14. poëta doctus sapiensque (Simonides) traditur; nat I 60. ut vir doctissimus fecit Plato; leg II 14. f. homo. — B, I. quae nec indocti intellegere possent nec docti legere curarent; Ac I 4. sic omnibus bonis et doctis esse faciendum; Tusc I 73. — II. ita et doctis eloquentia popularis et disertis elegans doctrina defuit; orat 13. — III. qua de re cum sit inter doctissimos summa dissensio; fin I 11. — IV. neque se ab indoctissimis neque a doctissimis legi velle; de or II 25. haec ut et properans et apud doctos et semidoctus ipse percurro; de or II 178.

documentum, Beweis, Beispiel: I. P. Rutilius, qui documentum fuit hominibus nostris virtutis; Rab Post 27. — II. ex quo nimirum documentum nos capere fortuna voluit, quid esset victis extimescendum; Phil XI 5. dederas, quam contemneres populares insanias, documenta maxima; Milo 22.

dodrans, drei Viertel: qui (Q. frater) Argiletani aedificii reliquum dodrantem emit HS DCCXXV; A I 14, 7.

dodrantarius, um drei Viertel ermäßigt: quod in tabulis dodrantariis et quadrantariis Fontei officium desiderat; Font 2.

dogma, Lehrsatz: I. ut proverbia non nulla veriora sint quam vestra dogmata; fin II 105. — II. omnia meminit Siron Epicuri dogmata; Ac II 106.

dolenter, schmerzlich, mit Trauer: si (casus) dicuntur dolenter; de or II 211. cum dolenter feras; dom 98. qua (miseratione) nos ita dolenter uti solemus, ut . .; orat 131.

doleo, Schmerz empfinden, schmerzen, trauern, unwillig sein, bedauern: I, 1, a. nec (Epicurus) distinguit a non dolendo voluptatem; Tusc III 47. ratio voluptatis non dolendive particeps; fin II 38. — b. aliud est laborare, aliud dolere; Tusc II 35. cum tertium (sit) nec gaudere nec dolere; Tusc III 47. — 2. nec gaudere quemquam nisi propter corpus nec dolere; fin II 98. nihil dolet nisi pes; Tusc II 44. si aut aegrum corpus est aut dolet; fin V 47. pes: f. alqd. sapiensne non doleat, si (patria) deleta sit? Ac II 135. — II, 1. de Atticae febricula scilicet valde dolui; A XII 1, 2. — 2. id ipsum dolendum esse dicebat, quod in tam crudelem necessitatem incidissemus; Tusc III 60. — 3. dolui pacem repudiari; Marcel 14. interitu talis auguris dignitatem nostri conlegii deminutam dolebam; Bru 1. — 4. qui sociorum iniuriis provinciarumque incommodis doleat; Ver III 6. qui dolet rebus alicuius adversis; Tusc III 21. — III. cum esset praesertim, ut ais tu, summa voluptas nihil dolere; fin II 22. istuc nihil dolere non sine magna mercede contingit immanitatis in animo, stuporis in corpore; Tusc III 12. neque ea non ulciscenda sunt, etiamsi non sunt dolenda; ep XII 23, 1. f. II, 2. quia meum casum luctumque doluerunt; Sest 145. ut nemo umquam unici filii mortem magis doluerit; Phil IX 12. ut meam vicem doleres, cum me derideri videres; A VIII 15, 3.

dolium, Faß: num igitur, qui hoc sentiat, si is potare velit, de dolio sibi hauriendum putet? Bru 288.

dolo, bearbeiten, behauen: neque (Coelius) perpolivit illud opus, sed, sicut potuit, dolavit; de or II 54. quis robur illud dolavit? div II 86.

dolor, Schmerz, Betrübnis, Kränkung, Gram, Kummer, Unwille, Ärger: I, 1. si cadit in sapientem animi dolor; Lael 48. qua (oratione) me uti dolor meus coëgit; Sex Rosc 143. maiores esse voluptates et dolores animi quam corporis; fin II 108. cum (Epicurus) hoc ipsum dicit, summum malum esse dolorem; Tusc II 28. nisi iis dolori meus fuisset dolor; ep VII 2, 3. exarsit dolor; Q fr II 3, 2. iniuriae dolor facit me gloriosum; Phil XIV 13. quem naturalis quidam dolor dicentem incendebat; Bru 93. animi voluptates et dolores nasci fatemur e corporis voluptatibus et doloribus; fin I 55. cum remiserant dolores pedum; Bru 130. hic me dolor tangit; Bru 331. — 2. quoniam omne id, quo gaudemus, voluptas est, ut omne, quo offendimur, dolor; fin I 37. — II, 1. (animal) aspernatur dolorem ut malum; fin II 31. augeo commemorando dolorem et facio etiam tibi; A XI 8, 2. minimum dolorem capiet, qui istam non videbit; Cael 33. possumusne nos contemnere dolorem? Tusc II 22. definis tu mihi, non tollis dolorem, cum dicis asperum, contra naturam; Tusc II 30. dedit illi dolorem; A VII 13, 1. facio: f. augeo. nostrum et nostra causa susceptum dolorem modice ferre debemus; Tusc I 111. dolorem ipsum per se esse fugiendum; fin I 31. quia neque lenire videbar oratione neque levare posse dolorem tuum; ep VI 13, 1. levat dolorem communis quasi legis et humanae condicionis recordatio; ep VI 6, 12. f. lenio, sano. mortem aut dolorem metuens; Tusc V 15. maerorem minui, dolorem nec potui nec, si possem, vellem; A XII 28, 2. ceteri dolores mitigantur vetustate; A III 15, 2. cum (Panaetius) ad Q. Tuberonem de dolore patiendo scriberet; fin IV 23. animi dolores (sapiens) percipiet omnibus partibus maiores quam corporis; fin II 108. quae (consolatio) levare dolorem tuum posset, si minus sanare potuisset; ep V 16, 1. suscipere tantos animi dolores; dom 98. f. fero. quis istum dolorem timet? fin II 93. secundus (liber est) de tolerando dolore; div II 2. tollo: f. definio. — 2. cogitatio diuturna nihil esse in re mali dolori medetur, non ipsa diuturnitas; Tusc III 74. non posse me tanto dolori resistere; A XI 15, 2. sum: f. I, 1. est; ep VII 2, 3. — 3. summam voluptatem esse dolore carere; Tusc III 47. quo dolore esse debeo? A IV 6, 2. (di) dolore vacant; nat I 114. — 4. quae Theophrastus de fortuna, de dolore, de cruciatu corporis dixit; fin V 77. nascor e: f. I, 1. nascuntur. quoniam miseriam omnem in dolore (ponitis); fin II 86. si in his (doloribus) est summum malum; Tusc II 16. — III, 1. quia dolori non voluptas contraria est, sed doloris privatio; fin II 28. — 2. quodsi vita doloribus referta maxime fugienda est; fin I 41. — 3. mihi exire domo mea ad privatum dolorem fuit luctuosum; har resp 49. animi adfectio in labore ac dolore patiens; Tusc V 41. — IV, 1. brevitas: f. magnitudo. in qua (fortitudine) est mortis dolorisque magna contemptio; rep V 9. cuius (doloris) magnitudinem brevitate consolatur, longinquitatem levitate; Tusc V 88. nulla admiscetur opinio

Digitized by Google

officiosi doloris; Tusc III 70. ut haec patientia dolorum in omni genere se aequabilem praebeat; Tusc II 65. consuetudo laborum perpessionem dolorum efficit faciliorem; Tusc II 35. privatio: f. III 1. ne cum sensu doloris aliquo spiritus auferatur; Ver V 118. qui vacuitatem doloris finem bonorum esse voluerunt; fin III 2. — 2. sive hanc aberrationem a dolore delegerim, quae . .; A XII 38, a, 1 (38, 3). ego tantam vim non tribuo sapientiae contra dolorem; Tusc II 18. — V, 1. cum (sapiens) summis doloribus conficiatur; fin V 80. illa suspicio intolerabili dolore cruciat; Tusc I 111. alii dolore moventur, alii cupiditate; fin V 29. quamquam (L. Caesar) erat oppressus totius corporis doloribus: ep IX 14, 3. qui bona voluptate terminaverit, mala dolore; of III 117. — 2. ne omnia cum dolore agere videamur; Ver II 52. ea ex animi mei sensu ac dolore pronuntio; Sex Rosc 129. quem (librum) in medio maerore et dolore conscripsimus; Tusc IV 63. non possum prae fletu et dolore diutius in hoc loco commorari; A XI 7, 6. quae videre sine summo animi dolore non poterat; Cluent 16.

dolose, betrügerisch: cum dicitur INTER BONOS BENE AGIER, quicquam agi dolose aut malitiose potest? of III 61.

dolosus, arglistig: Ptolomaeus dolosis consiliis Romam venit; Rab Post 4.

dolus, List, Arglist, Täuschung, Betrug: I, 1. in vi dolus malus inest; Tul 29. — 2. si dolus malus est, cum aliud agitur, aliud simulatur; Top. 40. — II. dolus malus in simulatione, ut ait Aquilius, continetur; of III 61. iste dolus malus legibus erat vindicatus; of III 61. — III, 1. quas (res) eum dolo malo mancipio accepisse de Vario diceret; A I 1, 3. — 2 id sine dolo malo factum indicabitur; Tul 32.

domesticus, zum Hause, zur Familie gehörig, häuslich, eigen, einheimisch, innerlich, Hausgenosse: A. de Ocella cepi consilium domesticum; A XVI 12. qua consuetudine domestica sit; inv I 35. nisi (orator) domesticis se instruxerit copiis; de or II 38. quae non ad domesticam tuam difficultatem ac turpitudinem, sed ad summam rem publicam pertinent; Catil I 14. quamquam domesticis te finibus tenes; A VII 12, 6. sunt domesticae fortitudines non inferiores militaribus; of I 78. impetus domesticorum hostium; Catil III 28. in imperiis domesticis; inv II 140. ut ego urbem a domesticis insidiis et ab intestino scelere (defenderem); ep V 2. 1. neque rebus externis magis laudandus quam institutis domesticis; Phil II 69. maximis rebus forensibus nostris [et externis] inclusae et domesticae litterae respondebunt; orat 148. malum civile ac domesticum; Catil IV 15. quo more domestico vivat; inv II 29. commisi, ut mea vox in domesticis periculis potissimum occideret; Q fr I 3, 2. religionem domesticam requirebant; Ver IV 93. unde hoc sit tam insolens domesticarum rerum fastidium; fin I 10. quae est domestica sede iucundior? ep IV 8, 2. turpitudo: f. difficultas. est condicio melior externae victoriae quam domesticae; Calit IV 22. facile patior non esse nos transmarinis nec importatis artibus eruditos, sed genuinis domesticisque virtutibus; rep II 29. — B, a. in rebus ab intimis ac domesticis Pompei clam exulceratis; ep I 1, 4. — b. et domestica feremus et publica; ep V 13, 4.

domicilium, Wohnung, Wohnsitz: I. cui verbo („fideliter") domicilium est proprium in officio, migrationes in alienum multae; ep XVI 17, 1. domicilium tantum in illa urbe remanet studiorum; de or III 43. — II, 1. qui suorum improbissimorum sermonum domicilium in auribus eius conlocarant; Piso 76. nos domicilia sedesque populi Romani defendimus; Phil VIII 8. qui hoc universum rei publicae domicilium delere conati sunt; Catil IV 12. nulla alia in civitate ullum domicilium libertas habet; rep. I 47. — 2. coloni Capuae in domicilio superbiae conlocati; agr II 97. Atheniensium plus interfuit firma tecta in domiciliis habere; Bru 257. posse animos in caelum quasi in domicilium suum pervenire; Tusc I 24. — III. in hoc domicilio imperii et gloriae; de or I 105.

domina, Herrin, Gebieterin: I. haec una virtus omnium est domina et regina virtutum; of III 28. — II. cum servi ad dominam rem detulissent; Cael 62.

dominatio, Herrschaft, Alleinherrschaft: I. sine te potentia mea, si dominatio movet; Sulla 25. — II, 1. tulit haec civitas regiam istam vestram dominationem in iudiciis; Ver V 175. dominatio quaesita ab utroque est; A VIII 11, 2. — 2. et a regum et a patrum dominatione solere in libertatem rem populi vindicari; rep I 48. — III. animi morbi sunt cupiditates immensae gloriae, dominationis; fin I 59. te socium fore dominationis Antonii; Phil VIII 12.

dominator, Beherrscher: illum et Iovem et dominatorem rerum (invocant); nat II 4.

dominatrix, Beherrscherin: caeca ac temeraria dominatrix animi cupiditas ad se explendam viribus corporis abutebatur; inv I 2.

dominatus, Herrschaft, Beherrschung, Alleinherrschaft: I. terrenorum commodorum omnis est in homine dominatus; nat II 152. — II, 1. fit in dominatu servitus, in servitute dominatus; Deiot 30. — iudex quantum habet dominatum! par 40. — 2. dominatu regio re publica liberata; Tusc IV 1. — qui locus hoc dominatu vacat? ep IV 8, 2. — 3. in superbissimo dominatu fuit; Rab. Post 39. — III, 1. cum dominatu unius omnia tenerentur; of II 2. — 2. in: f. II, 1. facio.

dominium, Besitz: huius argento dominia vestra ornari; Ver III 9.

dominor, herrschen, den Herrn spielen: sese in iudiciis diutius dominari non posse; div Caec 24. quod in hoc oratore dominabitur ‖ acutae crebraeque sententiae in hoc oratore dominabuntur ‖; orat 79. dominans ille in nobis deus; Tusc I 74. quae dominatur in civitate potentia; Caecin 71. si (senectus) usque ad ultimum spiritum dominatur in suos; Cato 38. sententiae: f. alqd. voluptate dominante; fin II 117.

dominus, Herr, Gebieter, Hausherr, Eigentümer, Besitzer, Veranstalter: I, 1. cum ipse epuli dominus, Q Arrius, albatus esset; Vatin 31. domini servos ita fatigant, ut . .; rep III 37. dominus funeris (ut) utatur accenso atque lictoribus; leg II 61. — 2. qui rei dominus futurus est; de or II 72. si senatus dominus sit publici consilii; leg III 28. — II, 1. nec domo dominus, sed domino domus honestanda est; of I 139. nobis dominum cur imponebat? Phil XIII 17. — 2. ut hoc populorum intersit, utrum comi domino an aspero serviant; rep I 50. domus erat non domino magis ornamento quam civitati; Ver IV 5. — III. semper boni adsiduique domini referta cella vinaria, olearia, etiam penaria est; Cato 56. illam (ancillam) domini iussu dixisse; de or II 276. — qui se populi Romani victoris dominique omnium gentium patronum dicere auderet; Phil VI 12. is qui domini voluntate census sit; de or I 183. — VI. honestari: f. II, 1. honesto.

domitor, Bändiger, Bezwinger: I. ut domitores equorum non verba solum adhibent ad domandum; fr F V 85. Miltiadem, victorem domitoremque Persarum vitam in civium vinclis profudisse; rep I 5. — II. ut odisset domitorem armorum suorum; Milo 35.

domitus, Zähmung: efficimus etiam domitu nostro quadripedum vectiones; nat II 151.

domo, zähmen, bändigen, bezwingen: ut utamur (beluis) domitis et condocefactis; nat II 161. domitis iam gentibus finitimis; prov 5. docemur domitas habere libidines, coërcere omnes cupiditates; de or I 194.

Digitized by Google

domus (domui: f. V, 2, b. domu: f. II, 1. expilo. V, 2, f), Haus, Wohnung, Hauswesen, Familie, Heimat: I, 1. cum me domus eadem accepisset, quae proximo anno maerens receperat et defenderat; Sest 131. quid est sanctius, quid omni religione munitius quam domus uniuscuiusque civium? Ver IV 109. cuius domus cunctae Graeciae patuit; Bru 32. f. II, 1. claudo. recipit: f. accipit. domus te nostra tota salutat; A IV 12. tota domus vacat superior; A XII 10. — 2. quae (domus nostra) non ea est, quam parietes nostri cingunt, sed mundus hic totus; rep I 19. — II, 1. se publicis operis disturbaturum publice ex senatus sententia aedificatam domum; Phil I 12. cingo. f. I, 2. mea domus tibi patet, mihi clausa est; Sex Rosc 145. cum bene completa domus est tempore matutino; A I 18, 1. si (Cicero) domum conduceret; A XII 32, 3 (2). cum meam domum cum Flacci domo coniungebat; dom 102. cum deploraret domum incensam, eversam; Sest 121. disturbo: f. aedifico. everto: f. deploro. domu ‖ domo ‖ sua tota expilata; Ver V 128. domum meam maioribus praesidiis munivi atque firmavi; Catil I 10. nec domo dominus, sed domino domus honestanda est; of I 139. incendo; f. deploro. domum meam iudicio pontificum religione liberatam videri; har resp 13. munio: f. firmo. domus est oppugnata ferro; Sest 85. Italiam ornare quam domum suam (L. Mummius) maluit; of II 76. sibi relinquendas domos ac sedes suas esse; Ver II 157. — 2. coniungo cum: f. I. coniungo. a domo tua Chelidonem excludere noluisti; Ver V 38. (consobrini, sobrini) in alias domos tamquam in colonias exeunt; of I 54. inesse aliquem non solum habitatorem in hac caelesti ac divina domo, sed etiam rectorem; nat II 90. Antiocho id magis licuerit, remigrare in domum veterem e nova quam nobis in novam e vetere? Ac I 13. — III. fuit proprium populi Romani longe a domo bellare; imp Pomp 32. — IV. concursus fiunt ex agris, ex vicis, ex domibus omnibus; A V 16, 3. ponite ante oculos inruptionem armatorum in Trebonii domum; Phil XI 7. — V, 1. honestari: f. II, 1. honesto. domo me tenui; dom 6. 2, a. alter ille horridus (consul) consulto se domi continebat; Sest 26. huius domi inter quasilla pendebatur aurum; Phil III 10. nonne mavis sine periculo tuae domi esse quam cum periculo alienae? ep IV 7, 4. cuius domi (haec) nascuntur; ep IX 3, 2. P. Clodium cum veste muliebri deprehensum domi C. Caesaris; A I 12, 3. domi ‖ domui ‖ vestrae estis et eritis omnes boni; A VIII 2, 3. f. 3. extra. — b. qualis animus in corpore sit tamquam alienae domui; Tusc I 51. esse domui suae cum uxore; of III 99. f. a. A VIII 2, 3. — c. quia domum properant; A XIII 26, 2. cum ad me domum venisses; ep XIII 7, 1. domum meam ventitaras; Phil II 3. Rhodiorum classi propinquum reditum ac domum itionem dari; div I 68. — d. cum omnes fere domos omnium concursent; Muren 44. — e. exeuntem illum domo; Tusc III 31. quas (artes) cum domo haurire non posses; Bru 332. — f. quotiens te pater eius domu sua eiecit! Phil II 45. — 3. ex qua domo recitatur vobis auctoritas; Cael 55. hominem domi splendidum, gratiosum etiam extra domum; Q fr II 12, 3. in domo clari hominis adhibenda est cura laxitatis; of I 139.

donatio, Schenkung: I, 1. ut ea donatio fieret in theatro; opt gen 19. — qui umquam tenuissime in donationem histrionum aestimavit; Ver IV 35. — II. post hanc civitatis donationem; Balb 48.

donec, bis: donec vicinum eius modi nactus est; Tul 14. illud in eadem causa est, a quo abesse velis, donec evaseris; fin IV 65.

dono, schenken, verleihen, beschenken: ut (Demosthenes) corona aurea donaretur eaque donatio fieret in theatro; opt gen 19. quod eum Pompeius civitate donavit; Balb 7. (haec) inseri et donari ab arte non possunt; de or I 114. consulibus aerarium, provinciae, legiones, imperia donabantur; sen 18. mihi populus non unius diei gratulationem, sed aeternitatem immortalitatemque donavit; Piso 7. quos (homines mens divina) bona ratione donavit: nat III 70. imperia, al. f. aerarium, aeternitatem. tu, tuas inimicitias ut rei publicae donares, te vicisti; ep V 4, 2. L. Papirius Paetus, amator noster, mihi libros eos donavit; A I 20, 7. cum ipsi (praecones) ante Indorum missionem corona donentur; ep V 12, 8.

donum. Gabe, Geschenk, Weihgeschenk: I. omnia sunt illa dona naturae; de or I 114. divinissima dona aves et formae ab uno pictore uno absolutae die; leg II 45. — II, 1. non intermittebas quasi donum aliquod cotidie adferre rei publicae; Phil I 32. si id donum a deo, non a nobis haberemus; nat III 87. — 2. cuius (Iunonis) duo fana iste omnibus donis ornamentisque nudavit; Ver V 184. — III. Xerxes refertus omnibus praemiis donisque fortunae; Tusc V 20. — IV. quo die (M. Cincius) legem de donis et muneribus tulit; de or II 286.

dormio, schlafen, schlummern: postquam illos artius iam ex lassitudine dormire sensit; inv II 14. Platoni cum in cunis parvulo dormienti apes in labellis consedissent; div I 78. (Antonius) dormiit ad horam III; A X 13, 1. an natura fieri, ut mobiliter animus agitatus, quod vigilans viderit, dormiens videre videatur; div II 129. dormienti in maximo rei publicae motu consuli: Piso 10. eas (virtutes) excita, si forte dormiunt; Tusc III 36.

dormito schlafen: cenato mihi et iam dormitanti; A II 16, 1.

doryphorus, Lanzenträger: I. ut Polycliti doryphorum sibi Lysippus aiebat (magistrum fuisse): Bru 296. — II. nec doryphori statua deterriti; orat 5.

dos, Mitgift, Heiratsgut: I. est: f. II. dico. — II. Atheniensis Clisthenes Iunoni Samiae filiarum dotes credidisse (dicitur); leg II 41. quaecumque sine hoc auctore est dicta dos, nulla est; Flac 86. — III. (Quintus) satis torquetur debitione dotis; A XIV 13, 5. — IV. verborum eam (artem) dote locupletasti et ornasti: de or I 234.

dotalis, zum Heiratsgut gehörig: exquiram de mercedibus dotalium praediorum; A XV 20, 4.

doto, aussteuern, ausstatten: quo introducatur dotata Aquilia; A XIV 13, 5.

drachma, Drachme: quod scribis ad me de drachmum CCCIↃↃↃ; ep II 17, 4.

draco, Drache: I. Alexandro draco loqui visus est; div II 141. — II. cur de dracone silet, qui lapideus dicitur factus? div II 65.

dubie, zweifelhaft, ungewiß: signum dubie datum; div I 124. etsi non dubie mihi nuntiabatur Parthos transisse Euphratem; ep XV 1, 1.

dubitanter, zweifelnd, zögernd: dubitanter unum quidque dicemus; inv II 10. de me non dubitanter (dixit), quin omnia de meo consilio fecissetis; ep XII 3, 2. illum verecunde et dubitanter recepisse: Bru 87.

dubitatio, Zweifel, Bedenken, Bedenklichkeit: I. dubitatio damnationis quae poterat esse? Ver III 70. deinde dubitatio, tum distributio; de or III 203. — II, 1. quorum exspectatio dubitationem belli adfert; Phil V 31. de quo alterum potest habere dubitationem, adhibendumne fuerit an omittendum; of III 9. praecisa mihi est dubitatio; de or II 28. nulla dubitatio relinquetur, quin honore mortui, quam vivo iniuriam fecimus, sarciamus; Phil IX 8. ut (Caesar) mihi dubitationem omnem tolleret; A XII 6, a, 2 (6, 4). — 2. cuius virtus dubitationi locum non daret; Balb 16. — 3. quod

Digitized by Google

itinerum meorum ratio te non nullam in dubitationem videtur adducere; ep III 5, 3. — III. cum animi sine ulla dubitatione sanentur; Tusc III 5.

dubito, zweifeln, schwanken, unentschlossen sein, Bedenken tragen, zögern, bezweifeln: I. ille haud dubitans cessisset patria; Milo 68. dubitans, circumspectans nostra vehitur ratio; Tusc I 73. — II, 1. qui potes de damnatione dubitare? Ver V 74. — 2. utrum difficilius esset negare an efficere id, diu multumque dubitavi; orat 1. dubitabitis etiam, cui ista tanta praeda quaesita sit? Ver III 111. f. 3. — 3. hi dubitant de mundo, casune sit effectus an ratione? nat II 88. — 4. utrum de his potius, dubitasset aliquis, quin alterum, nemo; Bru 189. dubitas, quin sensus in morte nullus sit? Tusc I 92. non dubito, quin ad te statim veniam; A VIII 11, B, 3. — 5. de Hispaniis non dubitabat, quin Caesaris essent; A X 4, 8. — 6. si in eos non dubitamus officia conferre; of I 48. qui poscere pecuniam non dubitarit; Ver I 127. — 7. nemo dubitat Academicum praelatum iri; Ac fr 20 (Z. 34). — 8. nihil est, de quo minus dubitari possit, quam honesta expetenda esse; fin III 38. — III. conclusio rationis ea probanda est, in qua ex rebus non dubiis id, quod dubitatur, efficitur; div II 103. res minime dubitanda; Cael 55. — IV, 1. quid est, quod de eius civitate dubitetis? Arch 10. quid de Codro dubitare possumus? nat III 49. — 2. non solum id homines solere dubitare, honestumne an turpe sit; of I 161. — 3. illud quis est qui dubitet, quin suscipienda accusatio fuerit? Cluent 48. illud cave dubites, quin ego omnia faciam, quae . .; ep V 20, 6. — 4. illud quis est qui dubitare debeat, contra damnatum pro incolumi dicere? Cluent 10.

dubius, zweifelhaft, schwankend, unsicher, unentschieden, bedenklich: A. dubiumne est, ad quem maleficium pertineat? Sex Rosc 152. quando dubium fuisset apud patres nostros, eligendi cui patroni daretur optio, quin aut Antonium optaret aut Crassum? Bru 189. nemini dubium est, quin ea re plurimum possit; imp Pomp 43. ex quo postulabimus nobis illud, quod dubium sit, concedi, dubium esse id ipsum non oportebit; inv I 53. in quibusdam causis dubiis; of III 56. quasi res dubia aut obscura sit; div Caec 14. mihi non dubiam spem mei conveniendi adferebas; ep III 6, 4. — B, I, 1. utrum perspicuisne dubia aperiuntur, an dubiis perspicua tolluntur? fin IV 67. — 2. alii capti, alii interclusi non veniunt in dubium de voluntate; A XI 15, 2. quae qualia sint, vocatur in dubium; part or 42. — II, 1. tolli: f. I, 1. — 2. tristis res est sine dubio; Tusc II 18.

ducenti, zweihundert: regiis quadraginta annis et ducentis; rep II 52. hominem ducentis confixum senati consultis; har resp 8. dum ne propius urbem Romam cc milia admoveret; Phil VI 5.

ducentiens, zweihundertmal, zwanzig Millionen: testis non invenitur in ducentiens et triciens sestertio! Font 4. amplius sestertium ducentiens acceptum hereditatibus rettuli; Phil II 40.

duco, ziehen, verziehen, zubringen, hinbringen, hinschleppen, ableiten, herleiten, führen, leiten, anführen, bestimmen, verleiten, abführen, heimführen, meinen, halten, rechnen, berechnen, schätzen: I. se ducturos et dicendo et excusando facile ad ludos Victoriae; Ver pr 31. cohortes ex Piceno Lentulo et Thermo ducentibus cum Domitii exercitu coniunctas esse; A VII 23, 1. hic alio res familiaris, alio ducit humanitas; of III 89. — II, 1. id apud iudicem grave et sanctum esse ducetur? Q Rosc 6. — 2. optimum vectigal duco esse parsimoniam; rep IV 7. quae ne tu quidem umquam timenda duxisti; ep I 6, 2. — III. sunt multa, quae nos cum dignitate tum [quoque] fructu suo ducunt; quo in genere est gloria, dignitas, amplitudo, amicitia; inv II 166. quo me non cupiditas ducit, sed fides; Sex Rosc 83. eos ad supplicium duci; Ver V 66. per triumphum, credo, quem ante currum tuum duceres; Ver V 67. an vos in errorem ducere velit; Font 2. ad quem metum si deorum monitis non duceremur; har resp 54. si e vectoribus sorte ductus ad gubernacula accesserit; rep I 51. istud nimium diu duci; A XII 5, a (5, 2). quae spiritu in pulmones anima ducitur; nat II 138. M. Taurum de aqua per fundum eius ducenda rogabo; Q fr III 1, 4. ex coniunctis sic argumenta ducuntur; de or II 167. dico me centesimas ducturum; A VI 1, 16. cohortes: vgl. I. A VII 23, 1. ea comitia puto fore ut ducantur; A IV 15, 7. hac controversia usque ad noctem ducta; ep I 2, 3. qui (rex) maximas copias duxit ad Troiam; Tusc I 98. quid olim mali C. Iulius fecerit, cum dieculam duxerit; A V 21, 13. contra patriam exercitum ducere; Phil XIII 14. a lege ducendum est iuris exordium; leg I 19. ut (Salaminii) faenus quaternis centesimis ducant; A VI 2, 9. accedit etiam, quod (Trebatius) familiam ducit in iure civili singulari memoria, summa scientia; ep VII 5, 3. cum funus quoddam duceretur; de or II 283. cuius (belli) initium ducetur a fame; A IX, 9, 2. quoniam xc medimnum duximus; Ver III 116. amare, e quo nomen ductum amicitiae est; fin II 78. quoniam a quattuor fontibus honestatis primo libro officia duximus; of III 96. quo (vultu) dicuntur os ducere; orat 86. salutis meae rationem ducere; ep VII 3, 1. ut res ita duceretur, ut . .; Ver pr 26. aut ex reo aut ex adversario sententias duci licebit; de or II 321. ille sermo ductus est || ducitur || e percontatione filii; Bru 218. qui in matrimonium sororem eius antea duxisset; Cluent 190. quae (sortes) ducuntur; div II 70. si spiritum ducit, vivit; inv I 86. a ponte Mulvio Tiberim duci secundum montes Vaticanos; A XIII 33, a, 1 (33, 4). — IV, 1. quod (honestum) solum in bonis ducitur; fin III 21. ipsi in hostium loco numeroque ducimini; Ver V 125. — 2. vir infra se omnia humana ducens; fin III 29. — 3. an Scythes Anacharsis potuit pro nihilo pecuniam ducere? Tusc V 90. — 4. omnia pericula parvi esse ducenda: Arch 14. — 5. si quis despicatui ducitur; Flac 65. — 6. alqd — timendum: vgl. II, 2. ep I 6, 2. cognitionem rerum aut occultarum aut admirabilium ad beate vivendum necessariam ducimus; of I 13. venustatem muliebrem ducere debemus, dignitatem virilem; of I 130. matrem illam Bostaris duxit uxorem; Scaur 12. quae (pars) in nobis divina ducenda est; fin V 57. venustatem: f. dignitatem.

ductor, Heerführer: quotiens non modo ductores nostri, sed universi etiam exercitus ad non dubiam mortem concurrerunt! Tusc I 89.

ductus, Zug, Führung, Leitung: I. qui ductus oris, qui vultus in quoque sit; fin V 47. — II, 1. cuius (urbis) is est tractus ductusque muri regum sapientia definitus; rep II 11. aquae ductus a patre sumitur; Caecin 74. — 2. si omnes vires civitatis se ad Pompei ductum applicaverunt; ep III 11, 4. — III. rem optime ductu suo gerere; imp Pomp 61.

dudum, lange, schon vorher: dudum circumrodo, quod devorandum est; A IV 5, 1. ut dudum diximus; fin III 52. quam dudum nihil habeo, quod ad te scribam! scribo tamen; A XIV 12, 3. cum vix, ut dudum ad Demosthenem, sic nunc ad Antonium pervenimus; Bru 138. quae dudum ad me et quae etiam ad meos, id *est* ad Tulliam de me scripsisti; A XI 24, 1. vocat me alio iam dudum tacita vestra exspectatio; Cluent 63.

Digitized by Google

duellum, Krieg: I. ut „duellum“ bellum; orat 153. — II. iam aes atque ferrum duelli instrumenta, non fani; leg II 45.

duis, zweimal: ut „duis“ bis; orat 153.

dulcedo, Süßigkeit, Annehmlichkeit: I. si apud te plus auctoritas mea quam quaedam dulcedo iracundiae (valuisset); Q fr I 2, 7. — II. quia dulcedine hac et scabie carent; leg I 47. — III. nostri illi fortes viri dulcedine quadam gloriae commoti; Arch 24. hac dulcedine corruptelaque depravati (mores); leg II 38.

dulcesco, süß werden: quae (uva) maturata dulcescit; Cato 53.

dulciculus, lieblich süß: dulciculae potionis aliquid videamus et cibi; Tusc III 46.

insolenter, ungewöhnlich, auffallend, dreist, übermütig: Gorgias his festivitatibus insolentius abutitur; orat 176. iactatio est voluptas gestiens et se efferens insolentius; Tusc IV 20. evenire vulgo soleat an insolenter et raro; inv I 43. cum auctorem senatus exstinctum laete atque insolenter tulit; Phil IX 7.

insolentia, Ungewohntheit, Ungewöhnlichkeit, Überhebung, Übermut: I, 1. peregrinam insolentiam fugere discamus; de or III 44. M. Antonii insolentiam superbiamque perspeximus; Phil VIII 21. huius saeculi insolentiam vituperabat; Phil IX 13. — 2. quid quaque ex re soleat evenire, considerandum est: ex adrogantia odium, ex insolentia adrogantia; inv I 42. — II, 1. mira quadam exsultasse populum insolentia libertatis; rep I 62. quod ego non superbia faciebam, sed istius disputationis insolentia atque earum rerum inscientia; de or I 99. inflati laetitia atque insolentia impii cives; Phil XIV 15. moveor etiam loci ipsius insolentia; Deiot 5. — 2. (homines) primo propter insolentiam reclamantes, deinde propter rationem atque orationem studiosius audientes; inv I 2.

insolitus, ungewohnt, ungewöhnlich: cur pudentissimas feminas in tantum virorum conventum insolitas invitasque prodire cogis? Ver I 94. hunc absorbuit aestus quidam insolitae adulescentibus gloriae; Bru 282. ex agris homines traduci ad insolitam litem atque indicium; Ver III 26. ad hanc insolitam mihi loquacitatem; de or II 361. quasi vero priscum aliquid aut insolitum verbum interpretaretur; Balb 36.

insomnia, Schlaflosigkeit: caret (senectus) cruditate et insomniis; Cato 44.

inspecto, zuschauen: qui agunt in scaena gestum inspectante Roscio; de or II 233. inspectantibus omnibus Syracusanis securi percussus est; Ver V 155. quae (dona) Africanus inspectante exercitu accepit; Deiot 19. quo ille die populo Romano inspectante ebrius est contionatus; Phil III 12. cotem inspectante et rege et populo novacula esse discissam; div I 32.

insperans, wider Erwarten: insperanti mihi cecidit, ut . .; de or I 96. quibus tu salutem insperantibus reddidisti; Marcel 21.

insperatus, unerwartet: ut ille insperato aspectu complexuque aliquam partem maeroris sui deponeret; Sest 7. festivitas confecta ex insperato incommodo; inv I 27. insperato et necopinato malo (aegritudinem effici); Tusc III 28. qui se *in* insperatis ac repentinis pecuniis insolentius iactarunt; Catil II 20.

inspergo, daraufstreuen: simul ac molam et vinum insperseris; div II 37.

inspicio, ansehen, beschauen, besichtigen, mustern, untersuchen: I. inspiciam, quid (Cicero) discat, quam saepissime; Q fr II 12, 2. — II. tamquam si arma militis inspicienda sint; Caecin 61. inspiciamus exta primum; div II 28. si cui fundus inspiciendus sit; de or I 249. hortos quoniam hodie cras inspecturus; A XIII 28, 1. cum ipsius tabulae circumferrentur inspiciendi nominis causa; Balb 11. ut signum publicum inspexit; Flac 36. inspiciebamus tabulas societatis; Ver II 186.

instantia, Nähe, Gegenwart: ut praeterita ea vera dicimus, quorum superiore tempore vera fuerit instantia, sic futura, quorum consequenti tempore vera erit instantia, ea vera dicemus; fat 27.

instar, wie, so gut wie, etwa: I. illa sunt tamquam animi instar in corpore; orat 44. latere mortis erat instar turpissimae; Rabir 24. quae (Enna) fuit non vici instar, sed urbis; ep XV 4, 9. equidem hos tuos Tusculanenses dies instar esse vitae puto; ep IX 6, 4. quae (epistula) voluminis instar erat; A X 4, 1. urbis: f. vici. — II. Plato mihi unus instar est centum milium ‖ omnium ‖; Bru 191. mearum epistularum nulla est συναγωγή sed habet Tiro instar septuaginta; A XVI 5, 5.

instauratio, Erneuerung: mentes deorum

Digitized by Google

immortalium ludorum instauratione placantur; har resp 23.

instaurativus, erneuert: ludis intermissis instaurativi constituti sunt; div I 55.

instauro, erneuern, wiederholen: scio me gladiatoribus tuis instaurandae caedis potestatem non fecisse; dom 6. Latinae instaurantur; Q fr II 4, 4. ludos illos iterum instauratos; div I 55. ne nova per vos proscriptio instaurata esse videatur; Sex Rosc 153. id sacrificium cum virgines instaurassent; A I 13, 3.

instigo, anreizen: cum mea domus ardebat ignibus iniectis instigante te; Piso 26.

instillo, einträufeln, benetzen: quae (litterae tuae) mihi quiddam quasi animulae instillarunt || stillarunt ||; A IX 7, 1. haec (mens, animus) quoque, nisi tamquam lumini oleum instilles, exstinguuntur senectute; Cato 36. »quae (guttae) saxa instillant Caucasi«; Tusc II 25.

instimulator, Anreizer, Erreger: seditionis instimulator et concitator tu fuisti; dom 11.

instinctus, Antrieb, Eingebung: 1. quae (oracla) instinctu divino adflatuque funduntur; div I 34. quae (vis et natura) aliquo instinctu inflatuque divino futura praenuntiat; div I 12. — 2. poëtam carmen sine caelesti aliquo mentis instinctu fundere; Tusc I 64.

instinguo, anreizen: nefario quodam furore et audacia instinctus; Ver V 188. vinulenti adulescentes tibiarum etiam cantu instincti; fr F X 3.

institio, Stillstand: qui errantium stellarum cursus, praegressiones, institiones notavit; Tusc I 62.

institor, Hausierer: quorum (chirographorum) etiam institores || imitatores || sunt; Phil II 97.

instituo, einsetzen, einrichten, einführen, bestimmen, festsetzen, ordnen, beginnen, beabsichtigen, unterrichten, bilden: I. sequar, ut institui, divinum illum virum; leg III 1. — II, 1. si institutur, ut ab scripto recedatur; inv II 128. instituit primus, ut singulis consulibus alternis mensibus lictores praeirent; rep II 55. — 2. forum institueram agere Laodiceae Cibyraticum et Apamense; A V 21, 9. ut primum Velia navigare coepi, institui Topica Aristotelea conscribere; ep VII 19. — III. qui instituunt aliquos atque erudiunt; de or III 35. erat (Philippus) Graecis doctrinis institutus; Bru 173. ut || et || qui illuc factus institutusque venisset; A II 24, 3. instituit (mulier) accusatores; Cluent 18. sic tu instituis adulescentes? Cael 39. pro nostra non instituta, sed iam inveterata amicitia; ep III 9, 4. qui (praedones) aliquos sibi instituunt amicos; Ver IV 21. nullum ut certamen instituam; Tusc III 51. de civitatibus instituendis; de or I 86. nunc ad institutam disputationem revertamur; div II 7. historia nec institui potest nisi praeparato otio nec exiguo tempore absolvi; leg I 9. qui aedilis curulis fuerit, qui magistratus multis annis post decemviros institutus est; A VI 1, 8. quem ad modum expediam exitum huius institutae orationis; ep III 12, 2. ut portorium vini institueret; Font 19. qui ab adulescente quaestum sibi instituisset: Quinct 12. haec dixi longius quam instituta ratio postulabat; orat 162. quantis oneribus premerere susceptarum rerum et iam institutarum; ep V 12, 2. cum mihi sermo cum hoc Crasso esset institutus; de or II 296. velim tabellarios institutatis certos; ep XIV 18, 2. quod dodrantarias tabulas instituerit; Font 2. praeter voluntatem institutae vitae; A I 17, 5. — IV. ut filiam bonis suis heredem institueret; Ver I 104. qui me cum tutorem tum etiam secundum heredem instituerit; ep XIII 61.

institutio, Einrichtung, Anweisung, Unterricht: I. institutio aequitatis tripertita est: una pars legitima est, altera conveniens, tertia moris vetustate firmata; Top 90. — II, 1. cum ad cuiusque naturam institutio doctoris accommodaretur; de or III 35. quod earum rerum prima institutio et quasi disciplina illo libro continetur; Ac II 102. — 2. quia (ea officia) magis ad institutionem vitae communis spectare videntur; of I 7. — III. complures Graecis institutionibus eruditi; nat I 8.

institutum, Unternehmen, Absicht, Einrichtung, Anordnung, Grundsatz, Lehre: I. omnium instituta atque edicta praetorum fuerunt eius modi, ut ..; Ver V 7. — II, 1. ad exstinguenda omnia iura atque instituta maiorum; Sest 17. qui instituta maiorum neglexerunt; Sest 140. veterem morem ac maiorum instituta retinebant excellentes viri; rep V 1. eorum (virorum) se institutum sequi dicunt; Ac II 13. mores et instituta vitae melius tuemur; Tusc I 2. — 2. me nunc oblitum consuetudinis et instituti mei rarius ad te scribere; A IV 17, 1. — 3. quamquam te abundare oportet praeceptis institutisque philosophiae; of I 1. utor instituto meo; Cluent 144. — 4. Carbonem haesitantem in maiorum institutis; de or I 40. manere in instituto meo videor; div Caec 5. ad huius libri institutum illa nihil pertinent; Top 28. iam ad institutum revertar meum; de or II 113. — III, 1. facienda morum institutorumque mutatio est; of I 120. — 2. quodsi iustitia est obtemperatio scriptis legibus institutisque populorum; leg I 42. — IV, 1. patrio fuisse instituto puro sermone adsuefactam domum; Bru 213. si mecum ageretur more institutoque maiorum; dom 56. Martiales quidam Larini appellabantur ei deo veteribus institutis religionibusque Larinatium consecrati; Cluent 43. qui suam quisque rem publicam constituissent legibus atque institutis suis; rep II 2. augurum institutis in parentis eum loco colere debebam; Bru 1. opinionibus et institutis omnia teneri; Ac I 44. quis tam agrestibus institutis vivit, ut ..? fin III 37. — 2. decumis contra instituta, leges consuetudinemque omnium venditis; Ver III 131.

insto, bevorstehen, nahe sein, eindringen, drängen: me tibi cupienti atque instanti saepissime negasse; de or I 99. urge, insta, perfice; A XIII 32, 1. id est genus primum causarum in iudiciis ex controversia facti; in deliberationibus plerumque ex futuri, raro ex instantis aut facti; de or II 105. quod nolo cum Pompeio pugnare (satis est, quod instat de Milone); Q fr III 2, 2. ita mihi videtur bellum illud instare; A XIV 9, 3. premit (dolor) atque instat; Tusc III 71. cum illi (Bruto) iter instaret et subitum et longum; A XIII 23, 1. instant magnificentissimi ludi; Piso 65. quod terrae motus instaret; div I 112. quibus ego confido poenam aut instare iam plane aut certe appropinquare; Catil II 11. instat (superstitio) et urget; div II 149.

instructio, Aufstellung: quae instructio exercitus tantam naturae sollertiam significat, quantam ipse mundus? nat II 85.

instructor, Ordner: hi sunt conditores instructoresque convivii; sen 15.

instructus, Ausstattung: quocumque (oratio) ingreditur, eodem est instructu ornatuque comitata; de or III 23.

instrumentum, Werkzeug, Gerät, Hülfsmittel: I. instrumenta naturae deerant; Bru 268. instrumentum hoc forense, litigiosum, acre, tractum ex vulgi opinionibus, exiguum saneque mendicum est; de or III 92. — II, 1. omne instrumentum, omnis opera atque quaestus frequentia civium sustentatur, alitur otio; Catil IV 17. quod solvendi sunt nummi Caesari et instrumentum triumphi eo conferendum; A VII 8, 5. cum industriae subsidia atque instrumenta virtutis in libidine audaciaque consumeret; Catil II 9. hoc instrumentum causarum et generum universorum in forum deferre debemus;

Digitized by Google

de or II 146. ut ipse instrumentum oratoris exponeret; de or II 366. ad quorum (operum) intellegentiam a natura minus habent instrumenti; de or III 195. quodsi quis ad ea instrumenta animi, quae natura quaeque civilibus institutis habuit, adiungendam sibi etiam doctrinam putavit; rep III 5. sustento: f. alo. traho: f. I. est. (aratores) etiam instrumenta agrorum vendere coacti sunt; Ver III 226. — 2. adiungo ad: f. 1 habeo. in oratoris instrumento tam lautam supellectilem numquam videram; de or I 165. — III. qui eloquentiam locupletavisses graviorum artium instrumento; Bru 331.

instruo, ordnen, aufstellen, einrichten, versehen, ausrüsten, unterrichten, unterweisen: ut unus ad dicendum instructissimus a natura esse videatur; de or III 31. instructus veniet ad causas; orat 121. instruar consiliis idoneis ad hoc nostrum negotium; A V 6, 1. fieri nullo modo posse, ut idem accusationem et petitionem consulatus diligenter adornet atque instruat; Muren 46. instructa acie; Sest 48. ut (animus) sensibus instructus sit; fin V 34. ad bellum instruendum; agr II 90. domus ea omnibus est instructior rebus et apparatior; inv I 58. quam (exercitationem) extremo sermone instruxit Antonius; de or III 105. instructo exercitu; prov 9. quod ab hoc, quem instruimus, oratore valde abhorreat; de or III 65. petitionem: f. accusationem. instruite contra has tam praeclaras Catilinae copias vestra praesidia; Catil II 24. qui instructam ornatamque a senatu provinciam deposui; Phil XI 23. sapientem plurimis et gravissimis artibus atque virtutibus instructum et ornatum; fin II 112. nec satis instructa (ubertas) ad forenses causas; orat 12.

insuavis, unangenehm, ohne Reiz: insuavem illam admirationem ei fore; Lael 88. (versus) inquinatus insuavissima littera; orat 163. qui vitam insuavem sine his studiis putaretis; de or II 25.

insuetus, ungewohnt: vir tam insuetus contumeliae; A II 21, 4.

insula, Insel, Mietshaus: I. visne in insula, quae est in Fibreno, sermoni reliquo demus operam sedentes? leg II 1. — II, 1. an dubium est, quin fundos et insulas amicis anteponamus? fin II 83. insulam Siciliam totam esse Cereri et Liberae consecratam; Ver IV 106. ut sibi insulam in lacu Prilio venderet; Milo 74. — 2. in insula Cereris natos; Ver V 99. quos etiam intra Syracusanam insulam recepisset; Ver IV 144. relinquetur in insula Philoctetes; fat 37. — III. quo plus permutasti quam ad fructum insularum; A XVI 1, 5. velim ab Erote quaeras, ubi sit merces insularum; A XV 17, 1. — IV. in beatorum insulis qualis futura sit vita sapientium; fin IV 53. f. I.

insulanus, Inselbewohner: Achillem Astypalaeenses insulani sanctissime colunt; nat III 45.

insulse, abgeschmackt: multa in omni genere stultitiae insulse adrogantur et dicuntur et tacentur cotidie; A V 10, 3. sane insulse, ut solet, nisi forte, quem non ames, *ab eo* omnia videntur insulse fieri; A XV 4, 1. nonnulli ridiculi homines hoc ipsum non insulse interpretantur; de or II 221.

insulsitas, Abgeschmacktheit, Geschmacklosigkeit: quam vix harum rerum insulsitatem feram; A V 11, 1. cuius (villae) insulsitatem bene noram; A XIII 29, 1 (2). insulsitatem et insolentiam tamquam insaniam quandam orationis odit; Bru 284. ut nihil aliud eorum nisi ipsa insulsitas rideatur; de or II 217.

insulsus, abgeschmackt, geistlos, albern: A. sic insulsi exstiterunt, ut . .; de or II 217. est etiam in verbo positum non insulsum genus; de or II 259. o gulam insulsam! A XIII 31, 4. Epicharmi, acuti nec insulsi hominis ut Siculi, sententiam; Tusc I 15. — B. sicut ἐν τοῖς ἐρωτικοῖς alienantur || alienant, al. || immundae, insulsae, indecorae; A IX 10, 2.

insulto, verspotten, verhöhnen: non insultabo vehementius; Flac 38. illum in hanc rem publicam insultare; Milo 87. hominem insultantem in omnes; nat II 74.

insum, darin, daran sein, innewohnen, sich befinden, beruhen: I, 1. in qua (selectione) primum inesse incipit et intellegi, quid sit, quod vere bonum possit dici; fin III 20. — 2. inest velle in carendo; Tusc I 88. — II. in qua (vita) nihil insit nisi propagatio miserrimi temporis; ep V 15, 3. in summo imperatore quattuor has res inesse oportere, scientiam rei militaris, virtutem, auctoritatem, felicitatem; imp Pomp 28. in quibus (animi partibus) inest memoria rerum innumerabilium, inest coniectura consequentium, inest moderator cupiditatis pudor . .; fin II 113. inesse in animis hominum divina quaedam; Tusc I 56. sive in ipso mundo deus inest aliquis, qui regat; nat I 52. quod in oratore perfecto inest illorum (philosophorum) omnis scientia, in philosophorum autem cognitione non continuo inest eloquentia; de or III 143. felicitas: f. auctoritas. ut in uno omnia maleficia inesse videantur; Ver II 82. memoria, moderator: f. coniectura. oracula ex eo ipso appellata sunt, quod inest [in] his deorum oratio; Top 77. inest natura philosophia in huius viri mente quaedam; orat 41. propagatio: f. alqd. pudor: f. coniectura. nisi in hominis figura rationem inesse non posse; nat I 98. res, scientia, virtus: f. auctoritas, eloquentia. maxima vis decori in hac inest parte, de qua disputamus; of I 100. in his primis naturalibus voluptas insit necne, magna quaestio est; fin II 34.

insumo, aufwenden, anwenden: quo plus insumptum in monimentum esset, quam . .; A XII 35. quid sumptus in eam rem aut laboris insumpserit; inv II 113. qui tantum praesens lucrum nulla opera insumpta contempserit; Ver III 150. sumptum: f. laborem. ut nullus terruncius || teruncius || insumatur in quemquam; A V 17, 2.

insuo, einnähen: quoniam Smyrnae duos Mysos insuisses in culleum; Q fr I 2, 5. insui voluerunt in culleum vivos; Sex Rosc 70.

insusurro, einflüstern, zuflüstern: I. in quas (aures) ficte et simulate quaestus causa insusurretur; Q fr I 1, 13. — II, 1. mulierculae insusurrantis alteri: „hic est ille Demosthenes"; Tusc V 103. — 2. quoniam Favonius ipse insusurrat navigandi nobis tempus esse; Ac II 147.

intactus, unversehrt: ut (arx) incolumis atque intacta permanserit; rep II 11.

integellus, unangetastet: suavissimum συμβιωτὴν nostrum praestabo integellum; ep IX 10, 2.

integer, unverletzt, unbeschädigt, ungeschwächt, unversehrt, frisch, neu, unverdorben, unentschieden, statthaft, unbefangen, unschuldig: A. cum illo (viro) nemo neque integrior esset in civitate neque sanctior; de or I 229. neque iam mihi licet neque est integrum, ut meum laborem non impertiam; Muren 8. eam rem et sententiam quemvis prudentem hominem, si integrum daretur, scripturum fuisse; part or 132. quid hac quaestione dici potest integrius? Milo 60. ut nihil possit in patriis institutis manere integrum; rep II 7. ut integrum mihi de causa Campana ad suum reditum reservarem; ep I 9, 10. quoad erit integrum; A XV 23. qui (animi) se integros castosque servavissent; Tusc I 72. Alexandrina causa, quae nobis adhuc integra est; ep I 5, b, 1. cui honoris integros fructus non sit traditurus; Sulla 88. homines honestissimi atque integerrimi absentes rei facti; Ver pr 13. qui Romuli lituus inventus est integer; div I 30. pura mente atque integra Milonem revertisse; Milo 61. integrum militum numerum

Digitized by Google

fuisse; ep III 3, 2. erit integra potestas nobis deliberandi; Phil VII 26. integerrimo atque honestissimo praetore; Ver pr 52. nec integra re mihi ad cousnlendnm; ep I 9, 18. si qui intercessisset, res integra referretur; A IV 17, 3. sanis et integris sensibus; Ac II 80. incorruptis atque integris testibus; fin I 71. integra valetudo; fin II 64. Catoni, gravissimo atque integerrimo viro; Muren 3. — B, a, I. ne probrum castis, labem integris inferat; Cael 42. — II. integrorum et fortunatorum promissis saucios et miseros credere non oportere; Muren 50. — b (vgl. A. alqd), I. ut damnati in integrum restituantur; Ver V 12. quoniam haec iam neque in integro nobis esse possunt; de or III 14. rem in integro esse; A XI 15, 4. — II. unam columnam efficere ab integro novam; Ver I 147. ei (Atticae) de integro gratulare; A XIII 51, 2.

integimentum, Decke, Hülle: 1. te evolutum illis integmentis || integum. || dissimulationis tuae nudatumque perspicio; de or II 350. ut frontis tibi integimento ad occultanda tanta flagitia diutius uti non liceret; sen 16. — 2. divitias atque ornamenta eius ingenii per quaedam involucra atque integimenta perspexi; de or I 161.

intego, bedecken: nunc in hibernis intectus || iniectus, al. || mihi videris; ep VII 16, 1.

integre, rein, unbefangen, unparteiisch, unbescholten: eos solos Attice dicere, id est quasi sicce et integre; opt gen 12. ipsa natura incorrupte atque integre iudicante; fin I 30. in quo nihil integre, contra improbe omnia videtis esse suscepta; Scaur 37. qui eum caste et integre viverent; fin IV 63.

integritas, Unversehrtheit, Unverdorbenheit, Unbescholtenheit, Redlichkeit: I. haec omnia vitae decorabat gravitas || dignitas || et integritas; Bru 265. incorrupta quaedam Latini sermonis integritas; Bru 132. bonum integritas corporis, misera debilitas; fin V 84. — II, 1. integritatem oculorum reliquorumque sensuum ponere in bonis potius; fin IV 20. eadem facultate et fraus hominum ad perniciem et integritas ad salutem vocatur; de or II 35. — 2. qui (vir) tanta virtute atque integritate fuit, ut . .; Font 39. — 3. ad integritatem maiorum spe sua hominem vocabant; Sest 21. — III, 1. ain tandem, Attice, laudator integritatis et elegantiae nostrae? A VI 2, 8. spero me integritatis laudem consecutum; ep II 12, 3. quam (opinionem) is vir haberet integritatis meae; A VII 2, 5. — 2. homo summa integritate atque innocentia; Phil III 25. — IV. quanta (voluptate) adficior hac integritate; A V 20, 6. Q. Catulum humanitate, sapientia, integritate antecellentem; Muren 36. qui se facile tuentur integritate; Cluent 152.

integro, auffrischen: animus defessus audiendo aut admiratione integratur aut risu novatur; inv 1 25.

intellectus, Erkenntnis, Einsicht: hoc intellectu || intellecto || si qui negabit esse ullam pecuniam fratris vita antiquiorem; inv II 22.

intellegenter, mit Einsicht, mit Verständnis: intellegenter ut audiamur; part or 29. quod munus prudentiae? an legere intellegenter voluptates? of III 117.

intellegentia, Einsicht, Erkenntnis, Verständnis, Erkenntnisvermögen: I. ut || † et || communis intellegentia nobis notas res efficit easque in animis nostris inchoavit; leg I 44. falsum quiddam dicit, hoc pacto: „sapientia est pecuniae quaerendae intellegentia“; inv I 91. intellegentia (est), per quam (animus) ea perspicit, quae sunt; inv II 160. probabile est praestantem intellegentiam in sideribus esse; nat II 43. inchoat: f. efficit. ex qua (natura) ratio et intellegentia oriretur; fin IV 12. quod quaedam animalis intellegentia per omnia ea permanet et transeat; Ac II 119. — II, 1. simul (homo) cepit intellegentiam vel notionem potius; fin III 21. qui intellegentiam iuris habuerunt; Phil IX 10. quorum ex prima et inchoata intellegentia genera (natura) cognovit; leg I 27. sin autem intellegentiam ponunt in audiendi fastidio; opt gen 12. quae (ars) tradit ambiguorum intellegentiam; Ac II 92. — 2. quod (honestum) in nostram intellegentiam cadit; of III 17. quod longissime sit ab imperitorum intellegentia sensuque diiunctum; de or I 12. ad quorum (operum) intellegentiam a natura minus habent instrumenti; de or III 195. — III. quae pars animi rationis atque intellegentiae sit particeps; div I 70. — IV. aperta simplexque mens fugere intellegentiae nostrae vim et notionem videtur; nat I 27. — V, 1. eas (ἰδέας Plato) ait semper esse ac ratione et intellegentia contineri; orat 10. conformatio insignita et impressa intellegentia; Top 27. is (Mucius) iuris civilis intellegentia atque omni prudentiae genere praestitit; Bru 102. — 2. vivere cum intellegentia rerum earum; fin II 34. ex: f. II, 1. inchoo. per: f. I. est; inv II 160.

intellego, einsehen, merken, wahrnehmen, erkennen, begreifen, verstehen, meinen, beurteilen, part. einsichtig, verständig, kundig, mit Vernunft begabt: I, 1, a. hominem ad intellegendum et || et ad || agendum esse natum quasi mortalem deum; fin II 40. ille non intellegendi solum, sed etiam dicendi gravissimus auctor et magister Plato; orat 10. — b. in his rebus cum bona sint, facile est intellectu, quae sint contraria; part or 88. — 2, a. non ut dictum est, in eo genere intellegitur, sed ut sensum est; de or III 168 — b. qui praestat intellegens imperito? magna re et difficili; Bru 199. semperne in oratore probando vulgi iudicium cum intellegentium iudicio congruit? Bru 183. qui vulgi opinione disertissimi habiti sint, eosdem intellegentium quoque iudicio fuisse probatissimos; Bru 190. male eum (Tironem) credo intellexisse, si quisquam male intellegit, † potius nihil intellexisse; A XVI 15, 5. hoc doctoris intellegentis est; Bru 204. intellegens dicendi existimator praeteriens de oratore saepe iudicat; Bru 200. si teretes aures habent intellegensque iudicium; opt gen 11. necesse est intellegentem esse mundum et quidem etiam sapientem; nat II 36. quid est in his (rebus terrestribus), in quo non naturae ratio intellegentis appareat? nat II 120. — II, 1. non intellego, cur (virtus) tantopere expetenda videatur; Tusc III 37. quod vulgus, quid absit a perfecto, non fere intellegit; of III 15. f. I, 1, b. — 2. ex quo intellegitur, ut fatum sit non id, quod . .; div I 126. — 3. ut ne: f. III, 2. alqd; fin IV 41. — 4. ex quo esse beati (dei) atque aeterni intellegantur; nat I 106. — 5. ex quo intellegi potest nihil te aratoribus reliqui fecisse; Ver III 178. quorum exitio intellegi potest rem publicam amplificatam; nat II 8. — III, 1. erat (L. Thorius) et cupidus voluptatum et eius || cuiusvis || generis intellegens et copiosus; fin II 63. — 2. vide, ne sit aliqua culpa eius, qui ita loquatur, ut non intellegatur; fin II 15. eum commodissime scribere, qui curet, ut quaedam ex quibusdam intellegantur; inv II 152. haec dumtaxat in Graecis intellego, quae ipsi, qui scripserunt, voluerunt vulgo intellegi; de or II 60. sive id, quod est, sive id, quod in tellegitur, definiendum est; Top 29. quid aliud intellegetur, nisi uti ne quae pars naturae neglegatur; fin IV 41. qui fundus aut quae talis animi figura intellegi potest aut quae tanta omnino capacitas? Tusc I 61. cum voluntas et consilium et sententia interdicti intellegatur; Caecin 50. generale quoddam decorum intellegimus; of I 96. deus ipse, qui intellegitur a nobis; Tusc I 66. age, si voluptatem non intellegimus, ne dolorem quidem? Tusc III 49.

Digitized by Google

figuram, fundum: f. capacitatem. medici ex quibusdam rebus et advenientes et crescentes morbos intellegunt; div II 142. sententiam: f. consilium. si haec verba minus intelleguntur; fin III 17. quibus in rebus vis intellegi potest, si in his non intellegetur? Caecin 31. de fundo Frusinati redimendo iam pridem intellexisti voluntatem meam; A XI 13, 4. f. consilium. voluptatem: f. dolorem. — IV, 1. quod dicitis, id non intellego quale sit; fin II 94. ut plane qualia sint intellegantur; fin V 58. (di) poterunt intellegi qui qualesque sint; nat II 71. — 2. eos sanos quoniam intellegi necesse est, quorum ..; Tusc III 11. quid hoc loco (philosophus) intellegit honestum? fin II 50. istuc „quasi corpus" et „quasi sanguinem" quid intellegis? nat I 73. nos deum nisi sempiternum intellegere qui possumus? nat I 25. obtrectatio, ea quam intellegi ζηλοτυπίαν volo; Tusc IV 17 (18).

intemperans, ohne Mäßigung, unbesonnen: A. intemperans sum in eius rei cupiditate, quam nosti; A XIII 26, 1. libidinosa et intemperans adulescentia; Cato 29. istius impurissimae atque intemperantissimae pecudis; Piso 72. — B. intemperantis arbitror esse scribere, quod occultari velit ‖ velis ‖; Ac I 2.

intemperanter, ohne Mäßigung: hominis est intemperanter abutentis et otio et litteris; Tusc I 6. ne intemperantius suis opibus utatur; Phil V 48.

intemperantia, Unmäßigkeit, Zügellosigkeit: I. omnium perturbationum matrem esse arbitrabatur immoderatam quandam intemperantiam; Ac I 39. — II, 1. quorum (scurrarum) intemperantia expleta; har resp 42. nec intemperantiam propter se esse fugiendam temperantiamque expetendam; fin I 48. — 2. vehementer ut inimicos tuos paeniteat intemperantiae suae; ep III 10, 1. — 3. ut (deorum) effusas in omni intemperantia libidines, adulteria, vincula (videremus); nat I 42.

intemperate, unmäßig: qui immoderate et intemperate vixerit; Tim 45. iis est usus intemperatius; orat 175.

intemperatus, ungemäßigt: ne intemperata quaedam benivolentia impediat magnas utilitates amicorum; Lael 75.

intemperies, Mangel an Mäßigung, Zügellosigkeit: I. qui videor stulte illius amici intemperiem non tulisse; A IV 6, 3. — II. propter unius ex illis xviris intemperiem; rep II 63.

intempestive, ungelegen: si irascamur intempestive accedentibus; of I 88. coram qui ad nos intempestive adeunt; ep XI 16, 1.

intempestivus, unzeitig, ungelegen: numquam amicitia intempestiva, numquam molesta est; Lael 22. numquam mihi tua epistula aut intempestiva aut loquax visa est; A IV 14, 2.

intempestus, dunkel, stürmisch: nocte intempesta; Ver V 186. cum intempesta nox esset; Phil I 8.

intendo, ausdehnen, ausstrecken, spannen, anspannen, richten, wenden, zuzufügen suchen, beabsichtigen, behaupten: I. ante, quam illuc proficiscare, quo te dicis intendere; de or II 179. — II. intendere coepit ante se oportere discessionem facere quam consules; ep I 2, 2. — III. si illa omnia in hunc unum instituta, parata, intenta sunt; Milo 67. si C. Antonius, quod animo intenderat, perficere potuisset; Phil X 9. quo animum intendat, facile perspicio; Ver pr 10. voces ut chordae sunt intentae, quae ad quemque tactum respondeant; de or III 216. quia profundenda voce omne corpus intenditur; Tusc II 56. quo cupiditatem infinitam cum immani crudelitate iam pridem intendit Antonius; Phil VII 27. simul dextram intendit ad statuam; A XVI 15, 3. digitum ad fontes intenderem; de or I 203. singulae familiae litem tibi intenderent; de or I 42. ut in haec intenta mens nostra beatam illam naturam putet; nat I 105. pars orationis intenta ac vehemens; de or II 211. quae (pericula) mihi ipsi intenduntur; A II 19, 1. tabernacula carbaseis intenta velis conlocabat; Ver V 30. si quod in me telum intenderit; har resp 7.

intentio, Anspannung, Anstrengung, Anklage: I. reperit (gladium) cruentum. homo in urbem ab illis deducitur ac reus fit. in hac intentio est criminis: „occidisti". depulsio: „non occidi"; inv II 15. intentio est: „maiestatem minuisti". depulsio est: „non minui maiestatem"; inv II 52. — II. mentes suas a cogitationum intentione cantu fidibusque ad tranquillitatem traducere; Tusc IV 3. — III. facti aut intentionis adversariorum cum ipso scripto contentione; inv II 125. si constitutio et ipsa et pars eius quaelibet intentionis depulsio est; inv I 13. — IV. cum animus hac intentione omnes totius negotii partes considerabit; inv II 46.

intento, drohend richten: is (dolor) ardentes faces intentat; Tusc V 76. haec (sica) intentata nobis est; Milo 37.

intentus, Ausstrecken: vocem et palmarum intentus et maledictorum clamorem omnes profuderunt; Sest 117.

inter, zwischen, unter, während, bei (nachgestellt: f. I. communico. III. societas): I. qui inter sicarios et de veneficiis accusabant; Sex Rosc 90. Cicerones pueri amant inter se; A VI 1, 12. non cohaerentia inter se; Phil II 18. socii putandi sunt, quos inter res communicata est; Ver III 50. ut, quibus de rebus vellemus, inter nos communicaremus; ep XV 14, 2. ipsa inter se corporis (commoda) comparari solent; of II 88. quae (ratio, oratio) docendo, discendo conciliat inter se homines; of I 50. utinam liceat inter nos conferre sollicitudines nostras! ep VI 21, 2. quae (causae) inter se confligunt; Catil II 25. cum ea congruunt inter se; Tusc IV 30. quibus (causis) inter nos amore sumus coniuncti; ep X 10, 2. conligo: f. II. aptus. hi conloouti inter se; Tusc IV 49. cum constet inter omnes omne officium sapientiae in hominis cultu esse occupatum; fin IV 36. de quo inter omnes conveniat; nat III 9. qui inter sicarios damnatus est; Cluent 21. dico: f. discepto. eorum definitiones paulum oppido inter se differunt; fin III 33. ista inter Graecos dici et disceptari solere; de or I 45. intus in animis inclusae (cupiditates) inter se dissident atque discordant; fin I 44. ut (leges) ne discrepare quidem videantur inter se; inv II 147. qui inter se dissident; Ac II 143. f. discordant. multum inter se distant istae facultates; de or I 215. Galba fuit inter tot aequales unus excellens; Bru 333. aër interiectus inter mare et caelum; nat II 66. nihilne existimas inter tuam et istius sortem interfuisse? Muren 41. qua de re inter Marcellos et Claudios patricios centumviri iudicarunt; de or I 176. ut omnis caritas aut inter duos aut inter paucos iungeretur; Lael 20. mihi videtur inter viros optimos esse numerandus; Font 38. cum partirentur inter se; Phil XIV 15. Hortensius suos inter aequales longe praestitit; Bru 230. pugnant haec inter se; fat 12. omne genus hominum sociatum inter se esse; leg I 32. cum inter me et Brundisium Caesar esset; A IX 2, a, 2. cum inter subsellia nostra versentur amici; Phil II 19. — II., quod aequabile inter omnes esse possit; Caecin 70. ut omnes (res) inter se aptae conligataeque videantur; nat I 9. multa sunt civibus inter se communia; of I 53. adulescenti in primis inter suos et honesto et nobili; Cluent 11. non placuit Epicuro medium esse quiddam inter dolorem et voluptatem; fin I 38. nobilis: f. honestus. etsi inter se pares non fuerunt; de or II 94. voluntate similes sunt et inter sese et magistri; de or II 94. —

Digitized by Google

III. nec ex eo amor inter nos natus est; ep XII 29, 1. quo animo inter nos sumus; ep III 9, 1. nulla est caritas naturalis inter bonos? nat I 122. erat certamen inter clarissimos duces; Marcel 30. non longinquum inter nos digressum et discessum fore; Cato 84. una spes est salutis istorum inter istos dissensio; A II 7, 3. cum tanta sit inter oratores bonos dissimilitudo; orat 2. fuit hoc in amicitia quasi quoddam ius inter illos, ut . .; rep I 18. quasi pactio fit inter populum et potentes; rep III 23. haec inter nos partitio defensionis non est fortuito; Sulla 13. feci sermonem inter nos habitum in Cumano; ep IX 8, 1. quae sit coniunctio hominum, quae naturalis societas inter ipsos; leg I 16. quae si quos inter societas aut est aut fuit; Lael 83. — IV. cum ipsi inter nos viles neglectique simus; fin III 66. ita fit, ut ipsi dei inter se ab aliis alii neglegantur; nat I 121. quae inter decem annos nefarie facta sunt; Ver pr 37. cum dicitur INTER BONOS BENE AGIER; of III 61. cum inter falcarios ad M. Laecam convenit; Sulla 52. — V. sed quid hoc loco vos inter vos, Catule? de or II 295. pauca primo inter nos de litteris; fin I 14.

interaresco, vertrocknen: nihil interarescere, nihil exstingui, nihil cadere debet eorum, in quibus . .; Tusc V 40.

intercalaris, eingeschaltet: pridie Kalend. intercalares; Quinct 79. a. d. v Kal. intercalares priores; ep VI 14, 2.

intercalarius, eingeschaltet: Cephaloeditani fecerunt ‖ decrerunt ‖ intercalarium (mensem) XXXV dies longum; Ver II 130.

intercalo, einschalten: a. diligenter habenda ratio intercalandi est; leg II 29. — b. ut cotidie vota faciamus, ne intercaletur; ep VII 2, 4. cum scies, Romae intercalatum sit necne; A V 21, 14.

intercapedo, Unterbrechung: quas ob causas in eorum vita nulla est intercapedo molestiae; fin I 61. non honestum verbum est „divisio"? at inest obscenum, cui respondet „intercapedo"; ep IX 22, 4.

intercedo, dazwischentreten, sich widersetzen, vergehen, eintreten, bestehen, sich verbürgen: I, 1. adimit intercedendi potestatem; agr II 30. — 2. vix annus intercesserat ab hoc sermone, cum . .; de or II 89. magna vetustas, magna consuetudo intercedit; ep XI 16, 2. inter nosmet ipsos vetus usus intercedit; ep XIII 23, 1. — II, 1. qua (lege) intercedi de provinciis non licebit; prov 17. de his rebus senatus auctoritas gravissima intercessit; ep I 2, 4. studui quam ornatissima senatus populique Romani de me iudicia intercedere; ep XV 4, 13. — 2. quicum tibi adfinitas, societas omnes denique causae et necessitudines veteres intercedebant; Quinct 48. si intercessisset conlega Fabricio; Sest 78. omnia mihi cum eo (L. Titio Strabone) intercedunt iura summae necessitudinis; ep XIII 14, 1. cui senatus consulto ne intercederent, verebatur? Phil III 23. ut ei (homini) cum genere humano quasi civile ius intercederet; fin III 67. cum intercedere vellent rogationi; de or II 197. — III. intercessisse se pro iis magnam pecuniam; A VI 1, 5.

interceptio, Wegnahme: quae interceptio poculi? Cluent 167.

intercessio, Einsprache, Widerspruch: I. cum intercessio stultitiam intercessoris significatura sit, non rem impeditura; agr II 30. — II. sic reliqua auctoritas senatus empta intercessione sublata est; Milo 14. cum intercessionem consul sustulisses; Phil II 6.

intercessor, Verhinderer: I, 1. Ti. Gracchum non solum neglectus, sed etiam sublatus intercessor evertit; leg III 24. — 2. se intercessorem fore professus est; Sulla 65. — II. quanta contentione Titium intercessorem abiecerim; ep X 12, 4. intercessorem dictaturae si (Milo) invenit manu et praesidio suo; Q fr III 8, 6. neglego: f. I, 1. multi intercessores numerantur; Q fr III 9, 3. intercessor parabitur; Q fr I 4, 3. tollo: f. I, 1.

intercido, eintreten, sich zutragen: si quae interciderunt non tam re quam suspicione violata; ep V 8, 3.

intercido, durchschneiden: quod lacus Velinus a M'. Curio emissus interciso monte in Nar defluit; A IV 15, 5.

intercipio, auffangen, wegnehmen, entreißen: ne cuiusquam animum meae litterae interceptae offendant; Q fr III 9, 3. quas (res) intercipi periculosum esset; A X 8, 1. Balbutium quendam (venenum) intercepisse; Cluent 166.

intercise, unterbrochen, in Absätzen: ut idem intercise atque permixte (dicatur); part or 24.

intercludo, versperren, abschneiden, verhindern: I. Caesarem intercludi posse; A VII 23, 1. ut plane interclusi captique simus; A IX 6, 2. uterque (aditus) parvis praesidiis propter angustias intercludi potest; ep XV 4, 4. mihi meae pristinae vitae consuetudinem interclusam aperuisti; Marcel 2. ut fugam intercludat; A VII 20, 1. quod iter meum interclusum putabam; A VIII 11, D, 2. num intercludere perfugia fortunae videor? Ver V 132. — II, 1. intercludor dolore, quo *minus* ad te plura scribam; A VIII 8, 2. — 2. ille (Caesar) commeatu et reliquis copiis intercludendus; A VII 9, 2. qui occisi captique sunt, interclusi fuga; ep XV 4, 8.

interclusio, Hemmung: clausulas atque interpuncta verborum animae interclusio atque angustiae spiritus attulerunt; de or III 181.

intercolumnium, Raum zwischen den Säulen: 1. qua (hedera topiarius convestivit) intercolumnia ambulationis; Q fr III 1, 5. — 2. quae (signa) *in* omnibus intercolumniis vidimus; Ver I 51.

intercurro, dazwischentreten, dazukommen: his laboriosis exercitationibus dolor intercurrit non numquam; Tusc III 36. qui intercurrerent, misimus tres principes civitatis; Phil VIII 17.

intercus, unter der Haut: si quis medicamentum cuipiam dederit ad aquam intercutem; of III 92.

interdico, untersagen, verbieten, befehlen: I, 1. ut interdictum sit, cui non sit interdictum? dom 47. — 2. quibus verbis praetor interdixerit; Caecin 85. — II, 1. cum de vi interdicitur; Caecin 86. vgl. **interdictum,** I. — 2. cum *ita* interdicitur, unde dolo malo meo vi deiectus sit; Tul 30. — 3. nec mihi tamen, ne faciam, interdictum puto; fin I 7. f. III. alqd. — 4. te familiae valde interdicere, ut uni dicto audiens esset; rep I 61. — 5. neque est interdictum aut a rerum natura aut a lege aliqua atque more, ut singulis hominibus ne amplius quam singulas artes nosse liceat; de or I 215. — 6. ut mihi aqua et igni interdiceretur; dom 82. quem ad modum nostro more male rem gerentibus patribus bonis interdici solet, sic . .; Cato 22. — III. neque hoc liberis nostris interdicendum est, ne observent tribules suos; Planc 45. non modo nullo proposito praemio, sed etiam interdicto; Balb 26. ut huic furiae vox interdiceretur; har resp 12.

interdictio, Untersagung, Verbot: tecti et aquae et ignis interdictione adigebantur; dom 78.

interdictum, Verbot, Einspruch, Bestimmung: I. cum iuderdictum esset de pluribus; Caecin 62. — II. nisi forte Manilius interdictum aliquod inter duos soles putat esse componendum, ut ita caelum possideant, ut . .; rep I 20. Caesaris interdicta: »si te secundo lumine hic offendero —« respunntur; A VII 26, 1. hac lege praetorum interdicta tollentur; agr III 11. — III. cognita sententia interdicti; Caecin 57. interdicti vis respuat hanc defensionem; Caecin 56. — IV, 1. qui interdicto tecum contenderent; de or I 41. in eadem causa eodem

Digitized by Google

interdicto te oportere restitui; Caecin 38. — 2. ut per interdictum meum ius teneam; Caecin 32.

interductus, Trennungszeichen: quae (oratio) non interductu librarii debet insistere; orat 228.

interdum, zuweilen, manchmal: I. quibus (blandimentis) sopita virtus coniveret interdum; Cael 41. ut solemus interdum in defensionibus dicere; Ver III 141. geminatio verborum habet interdum vim, leporem alias; de or III 206. ut mihi in hoc Stoici iocari videantur interdum; fin IV 30. cohortationes, consolationes, interdum etiam obiurgationes in amicitiis vigent maxime; of I 58. — II. (genus acuminis) saepe stomachosum, non numquam frigidum, interdum etiam facetum; Bru 236. quod mihi interdum levis in urbis urbanitatisque desiderio, interdum piger, interdum timidus in labore militari, saepe autem etiam subimpudens videbare; ep VII 17, 1. — III. populariter interdum loqui necesse erit; leg I 19.

interea, inzwischen, unterdessen: cum interea nullus gemitus audiebatur; Ver V 162. nec interea locupletare amicos umquam suos destitit; Rab Post 4. de illis interea nemo iudicabit; agr II 34. atque interea statim C. Sulpicium praetorem misi; Catil III 8. hominem interea perire innocentem non oportere; Ver IV 87. atque interea tamen, dum haec coguntur, vel passim licet carpentem replere iustam iuris civilis scientiam; de or I 191. venit in Thurinum interea Tullius; Tul 19. — elliptisch: interea, unde isti versus? non enim agnosco; Tusc II 26.

intereo, untergehen, umkommen, verloren gehen, vergehen, ausgehen: omne animal intereat necesse est; nat III 33. fac sic animum interire, ut corpus; Tusc I 82. ut membrum aliquod potius quam totum corpus intereat; Phil VIII 15. f. animus. iam vero exercitus noster ille omnis interiit; prov 5. ignem interiturum esse, nisi alatur; nat III 37. ut (litterae) aut interire aut aperiri aut intercipi possint; A I 13, 2. membrum: f. corpus. nihil valentius esse, a quo (natura) intereat; Ac I 28. cum salus urbis istius avaritia interierit; Ver III 127. statuae interennt tempestate, vi, vetustate; Phil IX 14.

interfatio, Unterbrechung: cum se contra verba atque interfationem legibus sacratis esse armatum putaret; Sest 79.

interfector, Mörder: I. cum interfectores rei publicae revixissent; sen 4. — II. ut cum summa interfectoris gloria interfici possit; Phil I 35.

interficio, vernichten, zu Grunde richten, umbringen, töten, ermorden: I, 1. negaret esse in malis capi, venire, interfici? fin IV 22. — 2. qui (dolor), simul atque adripuit, interficit; fin II 93. — II. si insidiis ille (Marcellus) interfectus esset; A XIII 10, 3. interfectis bonis omnibus; dom 63. quotiens consulem interficere conatus es! Catil I 15. deletis tres exercitus populi Romani interfectos; interfecit Antonius; Phil II 55. nullo modo facilius arbitror posse neque herbas arescere et interfici neque . .; fr F I 12. insidiatorem iure interfici posse; Milo 11. cum interfecta sit civium multitudo; Phil XIV 7. voluit ille senatum interficere; Piso 15. ab uxoris fratribus interfectum tyrannum; div I 53.

intericio, dazwischenstellen, einfügen: (L. Sisenna) interiectus inter duas aetates Hortensii et Sulpicii; Bru 228. est quidam interiectus inter hos medius utriusque particeps; orat 21. ut alios eis interiectos et tamquam medios putet; opt gen 2. aër interiectus inter mare et caelum; nat II 66. nullis interiectis iniquitatibus aut cupiditatibus; rep I 42. quantum intervallum inter te atque illum interiectum esse putas? Rabir 15. non ita lato interiecto mari; orat 25. nasus ita locatus est, ut quasi murus oculis interiectus esse videatur; nat II 143. brevi tempore doloris interiecto; Sest 52.

interiectus, Dazwischentreten: ipsa (luna) incidens in umbram terrae interpositu interiectuque terrae repente deficit; nat II 103.

interim, unterdessen, mittlerweile: interim accepimus tuas litteras; A VIII 11, D, 4. hoc interim spatio conclave illud concidisse; de or II 353. cum interim Sulla solitudinem non quaereret; Sulla 16. interim ad me venit Munatius noster; ep X 12, 2.

interimo (interemo), aus dem Wege räumen, beseitigen, vernichten, töten: I. quia sunt || sint || quae interimant, sint quae conservent; nat I 109. — II. qui illo gladio civem aliquem interemit; Rab Post 7. cum Decimus quidam Verginius virginem filiam in foro sua manu interemisset; rep II 63. cum (Hercules) uxorem interemebat, cum conabatur etiam patrem; Ac II 89. senes ad coëmptiones faciendas interimendorum sacrorum causa reperti sunt; Muren 27. uxorem: f. patrem.

interior, intimus, innern, vertrauter, geheimer: A. quae disputatio non huius instituti sermonis est, sed artis intimae; orat 179. ad omnia intima istorum consilia pervenimus; Ver pr 17. intimi (dentes escas) conficiunt, qui genuini vocantur; nat II 134. ut in disputationem intimam veniretis; de or I 96. quod interiore epistula scribis . .; Q fr III 1, 18. illa vincula quanta sunt, studiorum similitudo, litterae interiores! ep III 10, 9. quod est animal, id motu cietur interiore et suo; Tusc I 54. his tabulis interiores templi parietes vestiebantur; Ver IV 122. id semen inclusum est in intima parte earum bacarum; nat II 127. multa admixta ex intima philosophia; Ac I 8. si intimos sensus civitatis expressero; Sest 119. angor intimis sensibus; A V 10, 3. interior est ille proprius (timor); de or II 209. — B, a, I. intimi multa apertiora videant necesse est; Sex Rosc 116. — II. (Paccius) in intimis est meis; A IV 16, 1. — III. A. Fufium, unum ex meis intimis; ep XIII 3. — IV. tanta est intimorum multitudo, ut . .; ep VI 19, 2. — b, 1. haec in promptu fuerint, nunc interiora videamus; div II 124. — 2. sin se in intimum conicere vellent; Cael 62.

interitio, Untergang: aratorum interitio nulla facta est; Ver III 125.

interius, intime, innen, in der Mitte, angelegentlich: matricidam tibi a me intime commendari; Q fr I 2, 4. ne insistat (oratio) interius, ne excurrat longius; de or III 190.

interitus, Untergang, Vernichtung: I. legum interitum appropinquare dixerunt; Catil III 19. est interitus quasi discessus et secretio ac diremptus earum partium, quae . .; Tusc I 71. dolor in maximis malis ducitur, quod naturae interitus videtur sequi; leg I 31. — II, 1. quae (res) interitum videantur adferre; fin III 16. interitum rei publicae comparari; Catil III 21. interitus exercituum sine hominum opibus effici (non) possunt; of II 20. quorum (tyrannorum) haud fere quisquam talem interitum effugit; of II 23. is causam interitus quaerendam, non interitum putavit; Milo 15. — 2. ab interitu naturam abhorrere; fin V 31. erepti estis ex crudelissimo ac miserrimo interitu; Catil III 23. nobilissimam familiam paene ab interitu vindicasti; Marcel 10. — III, 1. causa: f. II, 1. quaero, quo illi (patres) a se invidiam interitus Romuli pellerent; rep II 20. quorum virtute maximis periculis servitutis atque interitus liberati sumus; Phil XIV 11. — 2. est Dicaearchi liber de interitu hominum; of II 16. nempe haec est quaestio de interitu P. Clodii; Milo 79. — IV, 1. damnum illius (C. Gracchi) immaturo interitu res Romanae fecerunt; Bru 125. — 2. possuntne hae leges esse ratae sine interitu legum reliquarum? Phil V 8.

interlino, überstreichen, fälschen: qui (codex) tum interlitus proferebatur; Cluent 91. qui testamentum interleverit; Cluent 125.

Digitized by Google

intermenstruus, während des Neumondes: etsi non omni intermenstruo, tamen id fieri non posse nisi certo intermenstruo tempore; rep I 25.

interminatus, unbegrenzt: si immensam et interminatam in omnes partes magnitudinem regionum videretis; nat I 54.

intermissio, Unterbrechung, Verfall: I. ut intermissionem eloquentiae, ne dicam interitum, deplorarem· of II 65. ut ulla intermissio fiat officii; Lael 8. — II. neque alia ulla fuit causa intermissionis epistularum, nisi quod . .; ep VII 13, 1. — III. 1. non intermissione consuetudinis meae ad te nullas litteras misi; ep V 17, 1. — 2. eum (deus) sine ulla intermissione pulsetur agitetur que atomorum incursione sempiterna; nat I 114.

intermitto, unterbrechen, unterlassen, aufhören, verstreichen lassen: I. gallos gallinaceos sic adsidue canere coepisse, ut nihil intermitterent; div I 74. — II. mirabar, quid esset, quod tu mihi litteras mittere intermisisses; ep VII 12, 1. tu velim ne intermittas scribere ad me; A XI 12, 4. — III. nullum adhuc intermisi diem, quin aliquid ad te litterarum darem; A VII 15, 1. intermisso impetu pulsuque remorum; de or I 153. indicia intermissa bello; Bru 303. ceteris (legibus) propter bellum intermissis; Bru 304. acriores morsus sunt intermissae libertatis quam retentae; of II 24. si ludi non intermissi, sed perempti sunt; har resp 23. quod nec tui mentionem intermitti sinit; A V 9, 3. pulsum: f. impetum. nullo puncto temporis intermisso; nat I 52. quod in maximis occupationibus numquam intermittis studia doctrinae; orat 34. (verba) vetustate ab usu cotidiani sermonis iam diu intermissa; de or III 153.

intermorior, absterben: memoriam prope intermortuam generis sui virtute renovare; Muren 16. quod eandem illam manum ex intermortuis Catilinae reliquiis concitastis; Piso 16.

intermundia, Räume zwischen den Welten: I. cum dicitis „intermundia", quae nec sunt ulla nec possunt esse; fin II 75. — II. tamquam (Velleius) modo ex Epicuri intermundiis descendisset; nat I 18.

internicio (internecio), Vernichtung, Untergang: I. internicione cives liberavi; Sulla 33. — II, 1. per quam (Galliam) legionibus nostris iter Gallorum internicione patefactum est; imp Pomp 30. — 2. neque resisti sine internecione posse arbitramur; A II 20, 3.

internicivus, mörderisch: quibuscum acerbum bellum internicivumque || innocivumque || suscepimus; dom 61.

internosco, unterscheiden: I. ut (mens) non internoscat, vera illa visa sint anne falsa; Ac II 48. — II. cum neque possent obtritos internoscere ullo modo; de or II 353. secerni blandus amicus a vero et internosci tam potest adhibita diligentia quam . .; Lael 95. quae (somnia) si alia falsa, alia vera, qua nota internoscantur, scire sane velim; div II 128.

internuntius, vermittelnd, Bote: A. haec hae || sunt aves internuntiae Iovis! div II 72. — B. cuius (Iovis) interpretes internuntiique constituti sumus; Phil XIII 12.

interpellatio, Unterbrechung, Störung: I. digestio, interpellatio, contentio || interpellantis coërcitio ||; de or III 205. — II. te istud domi agere posse interpellatione sublata; A XII 42, 3. — III. in quibus (litteris) sine ulla interpellatione versor; ep VI 18, 5.

interpellator, Unterbrecher, Störer: I. interpellatores illic minus molesti; A XV 13, 6. — II. ut interpellatorem coërceat; orat 138. — III. ubi se oblectare sine interpellatoribus posset; of III 58.

mens, Verstand, Sinn, Gesinnung, Geist, Charakter, Überlegung, Gedanken, Ansicht, Meinung, Absicht: I. **absolut:** 1. his rebus imbutae mentes haud sane abhorrebunt ab utili aut a vera sententia; leg II 16. ut ipsa se mens agnoscat coniunctamque cum divina mente se sentiat; Tusc V 70. quorum mentes angustae, humiles, pravae, oppletae tenebris ac sordibus nomen ipsum consulatus nec sustinere nec capere potuerunt; sen 10. quas (res) esse futuras aut concitata mens aut soluta somno cernit; div I 128. mens sana cum amentia confligit; Catil II 25. quantam vim rerum optimarum mens humana contineat; leg I 16. ante circumscribitur mente sententia confestimque verba concurrunt, quae mens eadem, qua nihil est celerius, statim dimittit; orat 200. quod scribis te audire me etiam mentis errore ex dolore adfici, mihi vero mens integra est. atque utinam tam in periculo fuisset! A III 13, 2. ut ita fastidiosae mollesque mentes evadant civium, ut ..; rep I 67. cum alii (dicerent) tum maxime mentes sapientium ac fortium virorum, cum ex corpore excessissent, sentire ac vigere; Sest 47. hunc mundum habere mentem, quae et se et ipsum fabricata sit; Ac II 119. mens ipsa naturalem vim habet, quam intendit ad ea, quibus movetur; Ac II 30. in nobismet insunt ipsis, ut mens, ut spes, ut fides; nat III 61. intendit: f. habet. ipsa mens ea, quae futura videt, praeterita meminit; rep IV 1. quae (mens) omnia moderetur, moveat, regat; Ac II 119. sentit: f. agnoscit, excedunt. sustinent: f. capiunt. quorum furibunda mens videt ante multo, quae sint futura; div II 114. f. meminit. vigent: f. excedunt. — 2. est (illa lex) ratio mensque sapientis ad iubendum et ad deterrendum idonea; leg II 8.

II. **nach Verben:** 1. multa e corpore exsistunt, quae acuant mentem, multa, quae obtundant; Tusc I 80. agnosco: f. I, 1. agnoscit. hominis mens discendo alitur et cogitando; of I 105. concito: f. I, 1. cernit. coniungo: f. I, 1. agnoscit. maiorum institutis mens, fides, virtus, concordia consecratae et publice dedicatae sunt; nat II 79. quo vos ipsa causa cogit animos mentesque convertere; Sulla 69. dedico: f. consecro. explicanda est saepe verbis mens nostra de quaque re; orat 116. fabricor, habeo: f. I, 1. fabricatur. imbuo: f. I, 1. abhorret. impedita et oppressa mens; Piso 43. in hominum mentibus vel ad iram vel ‖ aut ‖ ad odium aut ‖ ad ‖ dolorem incitandis vel ab hisce iisdem permotionibus ad lenitatem misericordiamque revocandis; de or I 53. f. reprimo. ut eorum mentes, qui audiant, ad suum arbitrium movere possit; de or II 70. f. I, 1. habet. obtundo: f. acuo. fatalis quaedam calamitas videtur improvidas hominum mentes occupavisse; Ligar 17. oppleo: f. I, 1. capiunt. opprimo: f. impedio. animum ipsum mentemque hominis divina cura perfecta esse; nat II 147. pietate et religione et iustis precibus deorum mentes posse placari; Cluent 194. quibus (rationibus) hominum mentes et incitarentur et reprimerentur; de or I 165. revoco: f. incito. ne absens quidem luctu meo mentes eorum satiare potui; dom 58. magni est ingenii sevocare mentem a sensibus; Tusc I 38. solvo: f. I, 1. cernit. ad omnem malitiam et fraudem versare suam mentem coepit; Cluent 70. — 2. ut, id qui neget, vix eum sanae mentis existimem; nat II 44. Plato omne iudicium veritatis veritatemque ipsam cogitationis ipsius et mentis esse voluit; Ac II 142. — 3. ea penitus animis vestris mentibusque mandate; Catil I 27. facilius eorum facta occurrent mentibus vestris; Sest 17. parent huic caelesti discriptioni ‖ descr. ‖ mentique divinae et praepotenti deo; leg I 23. (Aristoteles) menti tribuit omnem divinitatem; nat I 33. — 4. si sana mente esset; Phil II 51. cum hac tum mente fuisse, ut ..; de or I 180. quid, quod ne mente quidem recte uti possumus multo cibo et potione completi? Tusc V 100. — 5. coniungo cum: f. I, 1. agnoscit. si quod esset animal, quod totum ex mente constaret; fin IV 28. ut (Metellus) de illa mente desisteret; ep V 2, 8. subire iniuriam malui quam a vestris sanctissimis mentibus dissidere; prov 41. nisi haereret in eorum mentibus mortem esse migrationem; Tusc I 27. gravissime me in hanc mentem impulit Pompei fides; ep I 9, 12. si in urbe et in eadem mente permanent; Catil II 11. quorum (Eretriacorum) omne bonum in mente positum et mentis acie; Ac II 129. quid tibi in mentem venit ita respondere? de or I 240. mihi solet in mentem venire illius temporis; ep VII 3, 1.

III. **nach Adjectiven:** 1. si tuae mentis compos fuisses; Piso 48. is ipse mentis expers habendus est; nat II 56. cum dormientibus ea pars animi, quae mentis et rationis sit particeps, sopita langueat; div I 60. quorum utrumque mentis esset proprium et ingenii; Ac I 20. — 2. nihil est tam cognatum mentibus nostris quam numeri atque voces; de or III 197. — 3. homo divina quadam mente praeditus; Milo 21. cum omnia completa et referta sint aeterno sensu et mente divina; div I 110. — 4. huic (parti animi) omnia visa obiciuntur a mente ac ratione vacua; div I 60.

IV. **nach Substantiven:** 1. acies: f. II, 5. pono in. quia nomen insaniae significat mentis aegrotationem et morbum; Tusc III 8. illud naturale (genus divinandi) concitatione mentis edi et quasi fundi videbatur; div II 27. hac mentis et ipsius divinitate et coniunctione cum externis mentibus cerni, quae sint futura; div II 119. est hominis magni maximi aestimare conscientiam mentis suae; Cluent 159. divinitas: f. coniunctio. error: f. I, 1. est. (Cassandram divinantem) mentis incitatione et permotione divina; div I 89. interpres mentis oratio verbis discrepat sententiis congruens; leg I 30. morbus: f. aegrotatio. esse aliquod numen praestantissimae mentis, quo haec regantur; nat II 4. facilius ad ea, quae visa, quam ad illa, quae audita sunt, mentis oculi feruntur ‖ feruntur ‖; de or III 163. an quisquam potest sine perturbatione mentis irasci? Tusc IV 54. senatum ipsum, principem salutis mentisque publicae, vi, caede pervertit; har resp 58. qui sit hoc tempore mentis meae sensus; A IV 3, 1. nec ingenii mentisque vim talem effici potuisse fortuna; nat II 153. — 2. coniunctio cum: f. 1. coniunctio. intemperantiam, quae est a tota mente defectio; Tusc IV 22.

V. **Umstand:** 1. mente consilioque divino omnia in hoc mundo administrari; nat II 132. aguntur (ista) leniter et mente tranquilla; Tusc IV 55. circumscribi: f. I, 1. dimittit. illud circumspicite vestris mentibus; agr II 45. quod cogitatione tantum et mente complectimur; orat 8. compleri: f. III, 3. refertus. omnes cives de rei publicae salute una et mente et voce consentiunt; Phil I 21. ut numquam liceat quieta mente consistere; div II 149. quo aut oppressus iaceas aut, ne opprimare, mente vix constes; Tusc IV 39. mihi videmini optima mente potestatem nobis de tota re publica fecisse dicendi; Phil III 13. ut tota mente omnique animi impetu in rem publicam incumbas; ep X 5, 2. (sapiens) movetur mente, movetur sensibus; Ac II 101. ut deos mente domestica et civili precarentur; Balb 55. eorum (deorum) mente mundum regi; leg II 32. versabat se in utramque partem non solum mente, sed etiam corpore; Ver II 74. abl. comp.: f. I, 1. dimittit. — 2. me ita dolere, ut a mente non deserar; A III 15, 2. plerique ut fusi sine mente iacerent; Ver V 28.

mensa, Tisch, Tafel, Platte, Wechselbank, Opfertisch: I. si praetor dedit, a quaestore numeravit, quaestor a mensa publica, mensa aut ex vecti-

Digitized by Google

gali aut ex tributo; Flac 44. — II, 1. haec ad te scripsi apposita secunda mensa; A XIV 6, 2. quod mensas Delphicas abstulit Syracusis; Ver IV 131. mensae conquisitissimis epulis exstruebantur; Tusc V 62. super terrae tumulum noluit quicquam statui nisi columellam aut mensam aut labellum; leg II 66. mensam tolli iubet; Piso 68. — 2. discubuimus omnes praeter illam (Pomponiam), cui tamen Quintus de mensa misit; A V 1, 4. numero a: f. 1. — III. vita plena Italicarum Syracusiarumque mensarum; Tusc V 100.

mensarius, Geldwechsler: in qua (civitate) nummus commoveri nullus potest sine quattuor mensariis; Flac 44.

mensio, Messung: aures ipsae vel animus aurium nuntio naturalem quandam in se continet vocum omnium mensionem; orat 177.

mensis, (gen. mensum, mensuum f. III), Monat: I. horae cedunt et dies et menses et anni; Cato 69. quod suos dies mensesque congruere volunt cum solis lunaeque ratione; Ver II 129. — II, 1. ibi cum Iunium mensem consumpsissem; A VI 2, 6. aestivos menses reliquos rei militari dare, hibernos iuris dictioni; A V 14, 2. eximi iubet non diem ex mense, sed ex anno unum dimidiatumque mensem; Ver II 129. non numquam uno die longiorem mensem faciunt aut biduo; Ver II 129. mensem, credo, extremum anni, ut veteres Februarium, sic hic Decembrem sequebatur; leg II 54. — 2. eximo ex: f. 1. eximo. — III. primorum mensum || mensium || litteris tuis vehementer commovebar; ep VII 17, 1. ex annua provincia prope iam undecim mensuum || mensum, mensium || provinciam factam esse gaudebam; ep III 6, 5. me hoc perspicere ex consulum mensiumque ratione; Ver II 188. versuram scribis esse faciendam mensum quinque; A XV 20, 4. — IV, 1. Tib. Gracchus regnum occupare conatus est, vel regnavit is quidem paucos menses; Lael 41. — 2. multis ante mensibus in senatu dixit . .; Phil II 81. intellegetis illa tempora cum societatis tabulis non solum consulibus, verum etiam mensibus convenire; Ver II 186. vidimus paucis post mensibus consulem spoliatum; Ver III 177. paucis postea mensibus alia vehemens erat in iudiciis invidia versata; Cluent 130. haec quinto mense post viri mortem ipsi Oppianico nupsit; Cluent 35. — 3. si filius natus esset in decem mensibus; Top 44. quae (indicia) per hos menses in homines audacissimos facta sunt; Sulla 92. aliquot post menses homo occisus est; Sex Rosc 128.

menstruus, monatlich, einen Monat dauernd: una civitas prope menstrua cibaria donare Apronio cogitur; Ver III 72. textile ne operosius (dicato) quam mulieris opus menstruum; leg II 45. cum omnes menstruas paene rationes in tabulas transferant; Q Rosc 8. cum alicuius annui, menstrui, diurni nocturnive spatii certa significatione; inv I 39. ei si aeque vita iucunda menstrua addatur; fin IV 30.

mensura, Maß, Messung: I, 1. ego me quasi malis architectis mensurae vestrae nego credere; Ac II 126. — 2. cumulatiore mensura uteretur; Ver III 118. — 3. quod sub aurium mensuram aliquam cadit || cadat ||, numerus vocatur; orat 67. — II. quos (sesquimodios) tu cum ad mensurae tam exiguam rationem populo Romano in capita discripsisses; Ver III 215. — III. quod (Hesiodus) eadem mensura reddere iubet, qua acceperis, aut etiam cumulatiore, si possis; Bru 15.

menta, Krauseminze: „ruta“ et „menta“ recte utrumque; volo mentam pusillam ita appellare ut „rutulam“; non licet; ep IX 22, 3.

mentio, Erwähnung, Vorschlag, Anregung: I. versatam esse in iudicio mentionem pecuniae sentiebant; Cluent 78. nulla triumphi mentio; Piso 97. — II, 1. quoniam Stoicorum est facta mentio; Bru 117. de te a Magnetibus ab Sipylo mentio est honorifica facta; Q fr II 9 (11), 2. quod te amat nec tui mentionem intermitti sinit; A V 9, 3. — 2. casu in eorum mentionem incidi; div Caec 50.

mentior, lügen, sein Wort nicht halten, erdichten, täuschen, part. Trugschluß: I, 1. mentiri nefas habebatur; leg II 63. — 2. nec in eo ipso mentitur; A XII 21, 4. mentiri nauarchos, mentiri tot tam graves civitates, mentiri etiam Siciliam totam; Ver V 135. frons, oculi, vultus persaepe mentiuntur, oratio vero saepissime; Q fr I 1, 15. quo modo mentientem, quem *ψευδόμενον* vocant, dissolvas; div II 11. — II. cum plurimis de rebus divini isti mentiantur; nat III 14. f. III. — III. de hoc (C. Mario) nihil mentiuntur; Ac II 13. in quibus (ordinibus) nihil umquam immensa vetustas mentita sit; nat II 15.

mentum, Kinn: 1. cum in gremiis mimarum mentum mentemque || mentem mentumque || deponeres; Phil XIII 24. Tito Pinario mentum in dicendo intorquenti; de or II 266. — 2. altero ad mentum depresso supercilio; Piso 14.

meo, ziehen, wandeln: »cum luna means Hyperionis officit orbi«; fr H IV, b, 132.

meracus, rein, unvermischt: cum ille (populus) non modice temperatam, sed nimis meracam libertatem sitiens hausit; rep I 66. cum (aegrotum) meracius (vinum) sumpturum statimque periturum; nat III 78.

mercator, Kaufmann, Aufkäufer, Händler: I. ut mihi respondeat, qui sit iste Verrucius, mercator an negotiator; Ver II 188. — II, 1, cum neque res publica consules haberet, sed mercatores provinciarum; ep I 9, 13. quoniam in Achaiam, Asiam legationis nomine mercator signorum tabularumque pictarum missus est; Ver I 60. — 2. parumne multa mercatoribus sunt necessario pericula subeunda fortunae? Ver V 157. — 3. sordidi etiam putandi, qui mercantur a mercatoribus, quod statim vendant; of I 150. — III. mercatorum navigatio conquiescit; imp Pomp 15.

mercatura, Handel, Einkauf: I, 1. mercatura, si tenuis est, sordida putanda est; sin magna et copiosa, multa undique apportans multisque sine vanitate impertiens, non est admodum vituperanda; of I 151. — 2. non erit ista amicitia, sed mercatura quaedam utilitatum suarum; nat I 122. — II, 1. qui honeste rem quaerunt mercaturis faciendis; par 46. puto, vitupero: f. I, 1. — 2. ad quos (Athenas, Cratippum) cum tamquam ad mercaturam bonarum artium sis profectus; of III 6.

mercatus, Verkauf, Markt: I. similem sibi videri vitam hominum et mercatum eum, qui haberetur maximo ludorum apparatu totius Graeciae celebritate; Tusc V 9. — II, 1. habeo: f. I. qui earum rerum omnium domesticum mercatum instituerit; Phil III 30. — 2. proficiscentem ad mercatum quendam; inv II 14. — III. nos quasi in mercatus quandam celebritatem ex urbe aliqua sic profectos; Tusc V 9. — IV. cum domi tuae turpissimo mercatu omnia essent venalia; Phil II 6.

mercedula, geringer Lohn, Einkünfte: I. ut constituerem mercedulas praediorum; A XIII 11, 1. — II. ut apud Graecos infimi homines mercedula adducti ministros se praebent in iudiciis oratoribus, ii qui apud illos *πραγματικοί* vocantur, sic . .; de or I 198.

mercennarius, bezahlt, gedungen, Mietling, Söldner, Tagelöhner: A. audite decretum mercennarii praetoris; Ver V 53. si tuus servus nullus fuerit et omnes alieni et mercennarii; Caecin 58. de mercennariis testibus a suis civitatibus notandis; ep III 11, 3. — B, I. potestis mercennarios gratuitis anteferre? Font 32. — II. inliberales et

Digitized by Google

sordidi quaestus mercennariorum omnium, quorum operae, non quorum artes emuntur; of I 150.

merces, Lohn, Belohnung, Preis, Lehrgeld, Einkünfte: I, 1. velim ab Erote quaeras, ubi sit merces insularum; A XV 17, 1. — 2. tametsi ea (gloria) non sit iniqua merces periculi; de or II 210. — II, 1. quam (mercedem) illa (virtus) accipit facile, exigit non acerbe; rep III 40. magna nobis a te proposita merces est, quam certe nostra culpa numquam minus adsequemur; Q fr III 3, 4. data merces est erroris mei magna; dom 29. exigo: f. accipio. propono: f. adsequor. — 2. ut (Cicero) sumptus huius peregrinationis accommodet ad mercedes Argileti et Aventini; A XII 32, 2. reliqua diligentius ex hoc ipso exquiram, in his de mercedibus dotalium praediorum; A XV 20, 4. — III. amicitiam non spe mercedis adducti expetendam putamus; Lael 31. — IV, 1. te gaudeo eam fidem cognosse hominum non ita magna mercede; ep I 9, 3. qui mercede conducuntur; dom 89. qui (Apollonius) cum mercede doceret; de or I 126. — 2. istuc nihil dolere non sine magna mercede contingit immanitatis in animo, stuporis in corpore; Tusc III 12.

mercor, Handel treiben, kaufen, erkaufen: I. alteri (erant maritimi) mercandi causa, latrocinandi alteri; rep II 9. — II. sordidi etiam putandi, qui mercantur a mercatoribus, quod statim vendant; of I 150. si ea mercatus esses, quae ego desiderabam; ep VII 23, 1. fundum Cymaeum Romae mercatus est de pupillo Meculonio; Flac 46. ego vero haec officia mercanda vita puto; A IX 5, 3.

mereo, mereor, verdienen, dienen, Kriegsdienste tun, erwerben, gewinnen, sich verdient machen: I. qui si adulescens patre suo imperatore non meruisset; Muren 11. quae memoria est in iis (pueris) bene merentium! fin V 61. Ciceronem, et ut rogas, amo, et ut meretur et debeo; Q fr III 9, 9. — II, 1. quem dixerit bene meritum de populi Romani nomine et dignitate; Bru 254. praeclare vir de re publica meritus, L. Opimius; Sest 140. ita meruisse illum de me puto, ut . .; A IX 7, 4. — 2. (Socrates) respondit sese meruisse, ut amplissimis honoribus decoraretur; de or I 232. — III. fustuarium meruerunt legiones; Phil III 14. meritas dis gratias ago; leg II 43. neque eam (iracundiam) iniustam, sed meritam ac debitam fuisse; de or II 203. quas (poenas) proxime meruisset; Ver III 178. omnes se provincias stipendia merentem peragrasse; de or II 258.

meretricius, buhlerisch, einer Buhlerin: qui meretriciis amoribus interdictum inventuti putet; Cael 48. si libidinosa meretricio more viveret; Cael 38. qui te a meretricio quaestu abduxit; Phil II 44.

meretricula, Buhlerin: I. meretricula Leontium contra Theophrastum scribere ausa est; nat I 93. — II. iura omnia praetoris urbani nutu atque arbitrio Chelidonis meretriculae gubernari; Ver V 34.

meretrix, Buhlerin: I. quid necesse est, tamquam meretricem in matronarum coetum, sic voluptatem in virtutum concilium adducere? fin II 12. — II. in qua (domo) semper meretricum lenonumque flagitia versantur; Ver IV 83. (simulacrum) ereptum ex meretricis sepulcro; har resp 33.

mergo, tauchen, untertauchen: quae (aves) se in mari mergerent; nat II 124. mergi eos (pullos) in aquam iussit; nat II 7.

meridianus, des Mittags: omne illud tempus meridianum Crassum in attentissima cogitatione posuisse; de or III 17.

meridiatio, Mittagsruhe: nunc propter intermissionem forensis operae et lucubrationes detraxi et meridiationes addidi, quibus uti antea non solebam; div II 142.

meridies Mittag, Süden: I. ipsum „meridiem", cur non „medidiem?" credo, quod erat insuavius ‖ una ‖; orat 157. — II. inflectens sol cursum tum ad septentriones, tum ad meridiem aestates et hiemes efficit; nat II 49. (Attus Navius) ad meridiem spectans; div I 31. — III. Milo permansit ad meridiem; A IV 3, 4. cum ante meridiem dictioni operam dedissemus, post meridiem in Academiam descendimus; Tusc II 9.

merito, verdienen: qui sestertia dena meritasset; Ver III 119.

merito f. meritum, V, 1.

meritorius, bezahlt, unzüchtig: ingenui pueri cum meritoriis, scorta inter matres familias versabantur; Phil II 105.

meritum, Verdienst: I. quamquam sunt in me praecipua merita multorum; sen 30. video neminem, cuius non exstet in me summum meritum; Planc 2. — II, 1. omnis erit aetas mihi ad eorum erga me merita praedicanda atque recolenda; sen 30. — 2. supplicatio dis immortalibus pro singulari eorum merito meo nomine decreta est; Catil III 15. unde de suis meritis in rem publicam (Demosthenes) aggressus est dicere; orat 133. qui honos pro amplissimis meritis redditur; Phil V 41. — III. nemo erit tam immemor non dicam meorum in bonos meritorum, sed bonorum in me, qui . .; Planc 102. — IV. meritorum tuorum in rem publicam eximia quadam magnitudine; ep X 12, 1. quod nullam partem tuorum meritorum ne cogitanda quidem gratia consequi possum; ep I 8, 6. — V, 1. qui a me nullo meo merito alienus esse debebat; Sest 39. quem (Scaevolam) omnes amare meritissimo pro eius eximia suavitate debemus; de or I 234. quod ei merito atque optimo iure contigit; Marcel 4. Gallia merito vereque laudetur; Phil V 37. Pisonem nostrum merito eius amo plurimum; ep XIV 2, 2. — 2. ut crimen hoc nobis propter multa praeclara in rem publicam merita condonetis; Milo 6.

merula, Amsel: evolare merulas; fin V 42.

merus, rein, lauter, nur: meras proscriptiones, meros Sullas; A IX 11, 3. Dolabella merum bellum loquitur; A IX 13, 8. mera monstra nuntiarat; A IV 7, 1. amicos habet meras nugas, Matinium, Scaptium; A VI 3, 5. proscriptiones: f. Sullae.

merx, Ware: I. ille, cuius merces erant; inv II 154. — II. auditae visaeque merces fallaces quidem et fucosae; Rab Post 40. importantur non merces solum adventiciae, sed etiam mores; rep II 7. qui abs te navem suam mercesque repetat; Ver V 154. video: f. audio.

messis, Ernte: I. ut, quid sit sementis ac messis, nesciat; de or I 249. — II. messe amissa fructus annuus interibat; Ver III 125. qui caedes ‖ clades ‖ municipiorum, qui illam Sullani temporis messem recordetur; par 46.

messor, Schnitter: Cotta non mihi oratores antiquos, sed messores videtur imitari; de or III 46.

messorius, zur Ernte: messoria se corbe contexit; Sest 82.

meta, Kegel, Wendepunkt: I. quae (umbra terrae) est meta noctis; div II 17. ex quo incideret luna tum in eam metam, quae esset umbra terrae; rep I 22. — II. fama adulescentis paulum haesit ad metas notitia nova mulieris; Cael 75. incido in: f. I.

metator, Abmesser: accedit Saxa nescio quis, castrorum antea metator, nunc, ut sperat, urbis; Phil XI 12. quam (urbem) iam peritus metator et callidus decempeda sua Saxa diviserat; Phil XIV 10.

metior, messen, abmessen, beurteilen: ut omnia te metiri dignitate malim quam ambitione; ep X 25, 3. quam (aeternitatem) nulla circumscriptio temporum metiebatur; nat I 21. Veientem agrum et Capenatem metiuntur; ep IX 17, 2. quarum (rerum) fructum utilitate metimur; de or II 335. »malunt errare vagae per nubila caeli atque suos

Digitized by Google

vario motu metirier orbes«: fr II IV, a, 475. sese mensum pedibus aiebat passuum IIICIↃ; Q fr III 1, 3. syllabis metiendos pedes, non intervallis existimat; orat 194. et manendi in vita et migrandi ratio omnis iis rebus metienda; fin III 61. si clarorum hominum scientiam ‖ excellentiam ‖ rerum gestarum vel utilitate vel magnitudine metiri velit; de or I 7. quae (sonantia) metiri auribus possumus; orat 227. ut nos studia nostra nostrae naturae regula metiamur; of I 110. vim eloquentiae sua facultate, non rei natura metiuntur; opt gen 10.

meto, ernten, abmähen: I. „ut sementem feceris, ita metes", inquit; de or II 261. — II. »vita omnibus metenda, ut fruges«; Tusc III 59.

metuo, fürchten, in Furcht sein, besorgt sein, befürchten: I, 1. cum plus in metuendo mali sit quam in ipso illo, quod timetur; ep VI 4, 4. — 2. nisi (luxuriosi) plane fatui sint, id est nisi aut cupiant aut metuant; fin II 70. — II, 1. neque (frater) tam de sua vita quam de mea metuit; A X 4, 6. — 2. metuit, ne laceratis membris minus bene utatur, ne combustis, non extimescit; Tusc I 6. — 3. Chrysippus metuit, ne non teneat omnia fato fieri; fat 21. — 4. metuit, ut eam (calamitatem) ipse posset opibus suis sustinere; Planc 96. — III, 1. homines legum iudiciorumque metuentes; dom 70. — 2. ab eone aliquid metuis? Sex Rosc 145. illi, etiamsi hunc non timeret, tamen accessum ad urbem nocturnum fuisse metuendum; Milo 52. cum servorum bellum metueretur; Ver V 18. homini nimium communem Martem belli casumque metuenti; Sest 12. si crimen hoc metuebas; Ver V 75. dolor, id est summum malum, metuetur semper; fin II 92. a me insidias metuunt; ep V 6, 2. malum: s. dolorem. Martem: s. casum. cum (praetor) ab omnibus propter crudelitatem metueretur; Ver III 130. quae (supplicia) a vobis pro maleficiis suis metuere atque horrere debent; Sex Rosc 8.

metus, Furcht, Besorgnis: I. in quem cadit aegritudo, in eundem metum cadere necesse est; Tusc V 52. concutit: s. II, 1. definio. metus est diffidentia exspectati et impendentis mali; Tusc IV 80. excutit, al.: s. II, 1. definio. aliud (vocis genus sibi sumat) metus, demissum et haesitans et abiectum; de or III 218. in re publica nunc quidem maxime Gallici belli versatur ‖ Gallici versantur ‖ metus; A I 19, 2. — II, 1. volo abstergere animi tui metum; ep IX 16, 9. hoc metu adiecto; A III 8, 2. est hominis magni metum cupiditatesque omnes amovere; Cluent 159. quae subiecta sunt sub metum, ea sic definiunt: pigritiam metum consequentis laboris, *terrorem metum concutientem, timorem metum mali appropinquantis, pavorem metum mentem loco moventem, exanimationem metum subsequentem et quasi comitem pavoris, conturbationem metum excutientem cogitata, formidinem metum permanentem; Tusc IV 18. 19. hoc iniecto metu iudicibus; Ver II 67. diffugiunt, qui sunt, metu oblato; ep XV 1, 5. (Antonius) solet nec diutius obsidionis metum sustinere; Phil XI 26. quaenam sollicitudo vexaret impios sublato suppliciorum metu? leg I 40. — 2. qui metu crudelissimorum suppliciorum carere non possumus; Milo 5. si liberari mortis metu possumus; Tusc I 23. — 3. qui paulum respirare a metu coepit; Cluent 200 cum ex illo metu mortis ac tenebris revixisset; Ver V 160. subicio sub: s. 1. definio. mihi etiam unum de malis in metu est, fratris miseri negotium; A III 9, 3. quem fortitudo ab aegritudine et a metu vindicet; Tusc V 42. — III, 1. cum vita sine amicis insidiarum et metus plena sit; fin I 66. — 2. non ut parvo metu praeditus sit, sed ut nullo; Tusc V 41. vacui metu esse debemus; Phil I 25. — 3. animi adfectio procul ab omni metu; Tusc V 41. — IV, 1. quamquam de ipsius metus inconstantia, imbecillitate, levitate dicendum est; Tusc IV 64. cum ceteri sunt in aliqua perturbatione aut metus aut laetitiae aut cupiditatis; Tusc IV 82. — 2. e physicis sumitur constantia contra metum religionis; fin I 64. — V, 1. hoc metu adductus tantum decumanis dedit; Ver III 55. iam si pudor, si modestia, si pudicitia, si uno verbo temperantia poenae aut infamiae metu coërcebuntur; fin II 73. aratores vi et metu coactos dedisse; Ver III 153. nationes multae et magnae novo quodam terrore ac metu concitabantur; imp Pomp 23. ut exercitum in gravissimo bello animadversionis metu contineret; fin I 35. simul ac me fractum ac debilitatum metu viderit; de or I 121. non est consentaneum, qui metu non frangatur, eum frangi cupiditate; of I 68. metu perterritis nostris advocatis; Caecin 44. non mediocri ab eo ceteri proscriptionis et mortis metu tenebantur; Cluent 25. — 2. intolerabile est servire impuro, numquam ne in metu quidem sobrio; Phil III 12. hunc homini alienissimo a civitatibus laudationes per vim et metum comparare; Ver IV 147. qui propter metum praesidium reliquit; Tusc III 17. ut sine cura metuque vivamus; fin I 49.

meus, mein: A, I. hic aliquando fuit meus; Phil XI 10. sollicitat me tua, mi Tiro, valetudo; ep XVI 20. ducens mecum Ciceronem meum in ludum discendi, non lusionis; Q fr III 4, 6. adventus meus atque introitus in urbem qui fuit? dom 75. inest nescio quid et latet in animo ac sensu meo; leg II 3. quasi vero me tuo arbitratu et non meo gratum esse oporteat; Planc 71. cum aliquo insigni indicio meae erga te benivolentiae; ep VII 6, 1. meis consiliis, meis laboribus, mei capitis periculis interitu rem publicam liberavi; Sulla 33. quod aut mea causa potius est constitutum quam tua aut nihilo tua potius quam mea; Ver I 26. an ego non provideam meis civibus? Phil VI 17. consilium: s. caput, providentia. reliqua a me meae perpetuae consuetudini naturaeque debentur; Sulla 87. omnes societates de meo consulatu ac de meis rebus gestis amplissima decreta fecerunt; dom 74. cuius (Catonis mei) a me corpus est crematum, quod contra decuit, ab illo meum; Cato 84. non quo aut aetas nostra ab illius aetate quicquam debeat periculi suspicari, aut dignitas mea ullam contentionem extimescat; A XIV 13, B, 5. s. salus. L. Torquatus, meus familiaris ac necessarius; Sulla 2. possum nominare ex agro Sabino rusticos Romanos, vicinos et familiares meos; Cato 24. accipio, mea filia, omen; div I 103. frater: s. vita. cum ipsi et cum meo et cum suo inimico in gratiam non dubitarint redire; prov 47. Scaevolae, homines meo quidem iudicio acutissimi; leg II 52. mei satietatem magno meo labore superavi; Muren 21. s. caput. natura: s. consuetudo. necessarius: s. familiaris. cui nomen meum absentis honori fuisset, ei meas praesentes preces non putas profuisse? Planc 26. num igitur in hoc officio, quod fuit praecipue meum, sententia mea reprehenditur? dom 18. quae potestas si mihi saepius sine meo vestroque periculo fiet; Phil I 38. preces: s. nomen. quod virtute, consilio, providentia mea res publica maximis periculis sit liberata; Catil III 14. ais: „habe meam rationem". habe tu nostram ‖ nostrum ‖; A VII 9, 4. eos vitae meae pepercisse, quod de reditu meo nihil timerent; Planc 71. res gestae: s. consulatus. qui cum omnem vim sui tribunatus in mea salute consumpserit; Sest 31. qui amici fuerint saluti et dignitati meae; Balb 2. sensus: s. animus. hoc interest inter meam sententiam et tuam; Phil VIII 15. s. officium. ut omne studium meum in Cn. Plancii honore consumerem; Planc 75. vicini: s. familiares. virtus: s. providentia. iacet in maerore meus frater neque tam de sua vita quam de mea metuit; A X 4, 6. s. reditus. — II, 1. mea fuit semper haec in hac re voluntas et sententia;

Digitized by Google

div Caec 16. eadem nunc mea adversum te oratio est; fin V 80. si illud meum turbulentissimum tempus tuo tranquillissimo praestat; Piso 33. una mea domus iudiciis omnibus liberata in hac urbe sola est; har resp 11. si uno meo facto et tu et omnes mei corruistis; Q fr I 4, 1. — 2. solius meum peccatum corrigi non potest; A XI 15, 2. — B, **a.** corruunt; f. A, II, 1. unus. mihi, meis, rei publicae restitutus; Quir 18. ego cum meis etiam in meis esse malui; ep VII 3, 3. etsi eram perterritus non tam mortis metu quam insidiarum a meis; rep VI 1. — **b.** ego mea video quid intersit; Catil IV 9. magni mea interest hoc tuos omnes scire; ep VI 10, 3. non quo mea interesset || quae esset, al. || loci natura; A XIII 19, 1. nihil mea iam refert, utrum tu conscientia oppressus scelerum tuorum nihil ausus sis scribere, an . .; Piso 39. — **c.** ipse mea legens sic adficior interdum, ut . .; Lael 4. nihil magnopere meorum miror; Ac I 8. omnia mecum porto mea; par 8. vendo meum non pluris quam ceteri; of III 51. sum in: f. **a.** ep VII 3, 3.

mico, zucken, funkeln, strahlen, schimmern, Fingerspiel spielen: I. quasi sorte aut micando victus; of III 90. — 2. dignum esse dicunt „quicum in tenebris mices"; of III 77. venae et arteriae micare non desinunt quasi quodam igneo motu; nat II 24. »Equus ille iubam quatiens fulgore micanti«; nat II 111. »stella micans tali specie talique nitore«; fr II IV, a, 81. venae: f. arteriae.

migratio, Auszug, Wanderung: 1. hanc Palatinam Medeam migrationemque huic adulescenti causam sermonum fuisse; Cael 18. — 2. migrationem esse mortem in eas oras, quas, qui e vita excesserunt, incolunt; Tusc I 98.

migro, ziehen, ausziehen, auswandern, übertreten, überschreiten: I. video te alte spectare et velle in caelum migrare; Tusc I 82. eam negare se audere, cum vir abesset, migrare; ep VII 23, 4. ut migrare tanto opere festines; ep VII 23, 4. non solum inquilini, sed mures etiam migraverunt; A XIV 9, 1. (sapiens) non dubitat, si ita melius sit, migrare de vita; fin I 62. — II. ea migrare interdum et non servare fit iustum; of I 31. qui id (ius) conservaret, eum iustum, qui migraret, iniustum fore; fin III 67.

miles, Soldat: I, 1. id etiam gregarii milites faciunt inviti, ut coronam dent civicam; Planc 72. ut fit in proelio, ut ignavus miles ac timidus, simul ac viderit hostem, fugiat ob eamque causam pereat, sic . .; Tusc II 54. miles ad Capuam profectus sum; Cato 10. quid tirones milites, flos Italiae, quid cuncta Italia de vestra gravitate sentiat; Phil XI 39. videt: f. fugit. videtur: f. II, 1. adduco. — 2. erat Hortensius in bello primo anno miles, altero tribunus militum; Bru 304. qui extrema pueritia miles in exercitu fuit; imp Pomp 28. — 3. vos appello, centuriones, vosque, milites; Milo 101. — II, 1. adduc pari animo inexercitatum militem, mulier videbitur; Tusc II 37. appello: f. I, 3. viderat armatis militibus refertum forum; Deiot 33. quod C. Caesar milites veteranos ad libertatem populi Romani cohortatus sit; Phil V 46. permultos a te milites esse dimissos; ep III 3, 2. qui miles factus non est; Caecin 99. deforme est cum irrisione audientium imitari militem gloriosum; of I 137. — 2. uti C. Pansa A. Hirtius consules, alter ambove, si eis videretur, rationem agri haberent || habeant || iisque militibus ita darent, adsignarent, ut . .; Phil V 53. ut is (ager) militibus veteranis divideretur; Phil V 53. do: f. adsigno. quae praemia militibus promisimus; Phil XIV 35. — III. refertus: f. II, 1. armo. — IV. saepe clamore ipso militum magnas copias pulsas esse vidimus; Caecin 43. noster hic Magnus nonne Theophanem Mytilenaeum in contione militum civitate donavit? Arch 24. firmissimum exercitum ex invicto genere veteranorum militum comparavit; Phil III 3. arma membra militis esse dicunt; Tusc II 37. integrum militum numerum fuisse; ep III 3, 2. cum tribunus militum Flaccus esset; Flac 77. f. I, 2. nisi tanta militum virtus exstitisset; Phil XIV 35. — V, 1. cum totam Italiam militibus suis occuparint; agr II 17. — 2. te provinciam Macedoniam sine ullo milite reliquisse; Piso 47.

miliarium, Meilenstein: cum plebes prope ripam Anionis || Aneonis, Anienis || ad tertium miliarium consedisset; Bru 54. audivi a tertio miliario eum isse; A VIII 5, 1.

miliens (milliens, milies), tausendmal, vielmal, hundert Millionen: I. cur P. Crassi filia posset habere aeris milliens salva lege, mea triciens non posset? rep III 17. sestertium bis miliens et quadringentiens ne magno opere contemneret; Rab Post 21. illud septiens miliens, quod adulescenti spopondistis, ita discribetur, ut . .; Phil XIII 12. — II. mori miliens praestitit quam haec pati; A XIV 9, 2. (genera iuris) milliens mutata demonstrem; rep III 17. Aiax milies oppetere mortem quam illa perpeti maluisset; of I 113. miliens revocatum est; Sest 123.

militaris, soldatisch, kriegerisch, militärisch: sunt domesticae fortitudines non inferiores militaribus; of I 78. quoniam de militari eius gloria dico; Ver V 25. quoniam auctoritas in imperio militari valet; imp Pomp 43. quae (Asia) ab hoc in militari labore peragrata (est); Muren 11. qui militari laude antecellunt; Muren 24. quod statuas videmus ornatu fere militari; of I 61. num tu me aut hunc Cottam ius civile aut rem militarem iubes discere? de or I 131. nesciebam te tam peritum esse rei militaris; ep IX 25, 1. studiis militaribus apud iuventutem obsoletis; Font 42. si hanc urbanam suffragationem militari anteponis; Muren 38. qui tribuni militares fuerunt; Phil VII 16. quae (via) per Macedoniam est usque ad Hellespontum militaris; prov 4.

militia, Kriegsdienst, Felddienst, Dienst: I. quam levis epheborum illa militia! rep IV 4. — II, 1. te istam militiam iam firmo animo ferre; ep VII 18, 1. Servius hic nobiscum hanc urbanam militiam respondendi, scribendi, cavendi plenam sollicitudinis ac stomachi secutus est; Muren 19. eum (Ulixem) simulatione insaniae militiam subterfugere voluisse; of III 97. forti animo istam tolera militiam; ep VII 18, 1. — 2. Xenophon in ea militia, qua cum Cyro minore perfunctus est, sua scribit somnia; div I 52. — 3. ad militiam euntibus dari solitos esse custodes, a quibus primo anno regantur; rep IV 3. — III. ubi illud contubernium muliebris militiae? Ver V 104. — IV, 1. eidem et domi et militiae consilium suum fidemque praestabant; de or III 134. quorum (hominum) virtus fuerat domi militiaeque cognita; Tusc V 55. — 2. in: f. II, 2.

milito, Kriegsdienste tun: [in cuius (Popilii) exercitu Catonis filius tiro militabat]; of I 36.

mille, tausend: A. qui non plus mille quingentos aeris in suum censum attulissent; rep II 40. tria milia annorum magnum annum tenere; nat fr 5. in Leontino iugerum subscriptio ac professio non est plus XXX; decumae XXXVI medimnum venierunt; Ver III 113. cum decumae venissent agri Hennensis med. VIIICC, Apronio coacti sunt dare tritici modium XVIII et HS III milia; Ver III 100. f. iugerum. ad Staienum sescenta quadraginta milia nummum esse delata; Cluent 87. sese mensum pedibus aiebat passuum IIICIↃ; Q fr III 1, 3. (saepta) cingemus excelsa porticu, ut mille passuum conficiatur; A IV 17, 7 (16, 14). scutorum in ludo IↃↃ fuerunt; A VII 14, 2. HS IIII lis aestimata est; Ver IV 22. f. medimnum. ille nescio qui, mille et octingenta stadia quod abesset, videbat; A II 81. — B, **a.** tot milia latrocinantur morte proposita;

nat I 86. — b. addidit centum milia; of III 62. ut mihi ultra quadringenta milia liceret esse; A III 4.

millesimus (millens.), tausendste: quamquam id millensimo ante anno Apollinis oraculo editum esset; fat 13. millesimam partem vix intellego: A II 4, 1.

milvinus, des Geiers: „Licinium plagiarium cum suo pullo milvino tributa exigere"; Q fr I 2, 6.

miluus, Weihe: miluo est quoddam bellum quasi naturale cum corvo; nat II 125.

mima, Schauspielerin, Mimenspielerin: I. mimos dico et mimas in agro Campano conlocatos; Phil II 101. cuius (Antonii) inter lictores lectica mima portatur; A X 16, 5. — II. quos centuriones inter mimorum et mimarum greges conlocavit; Phil VIII 26.

mimicus, mimisch: genus hoc levius et mimicum; de or II 274. ne aut scurrilis iocus sit aut mimicus; de or II 239. non noto illo et mimico nomine, sed Volumniam consalutabant; Phil II 58.

mimula, Mimenspielerin: venisti Brundisium, in sinum quidem et in complexum tuae mimulae; Phil II 61.

mimus, Mimus, Mimenspieler: I I. ex quo uno genere totus est Tutor, mimus vetus oppido ridiculus; de or II 259. — 2. videsne consulatum illum nostrum, quem Curio antea ἀποθέωσιν vocabat, si hic factus erit, fabam mimum futurum? A I 16, 13. — II. quoniam tu secundum Oenomaum Accii, non, ut olim solebat, Atellanam, sed, ut nunc fit, mimum introduxisti; ep IX 16, 7. cum illi spectarent communes mimos semisomni; ep VII 1, 1. — III, 1. mulieres nuptae nobiles praeter unam mimi Isidori filiam; Ver V 81. grex: f. mima, II. ut vitanda est et mimorum et ethologorum similitudo; de or II 244. — 2. exsultabat gaudio persona de mimo; Phil II 65.

mina, Mine: 1. si emere aquae sextarium cogerentur || cogantur || mina; of II 56. — 2. a quo (viro) funerum sumptus praefinitur ex censibus a minis quinque usque ad minam; leg II 68.

minaciter, drohend: num putatis dixisse eum minacius quam facturum fuisse? Phil V 21. ut adversarios minaciter terrere possemus; de or I 90.

minae, Drohungen: I. quos nec minae nec tela a mea salute depellerent; sen 7. minae Clodii contentionesque, *quae* mihi proponuntur, modice me tangunt; A II 19, 1. ut plus apud vos preces virginis Vestalis quam minae Gallorum valuisse videantur; Font 49. quae minae municipiis, quae nominatim viris bonis; A IX 10, 2. — II. Sex. Roscium fugientem latronum tela et minas recepit domum; Sex Rosc 27. neve cuiusquam vim aut minas pertimescas; imp Pomp 69. propono: f. I. tangunt. — III. cum vi, ferro, metu, minis obsessi teneremini; sen 3. cum tu hominem terreto istis mortis aut exsilii minis. par 17. equidem putabam virtutem hominibus instituendo et persuadendo, non minis et vi ac metu tradi; de or I 247.

minatio, Drohung: conliguntur a Graecis alia non nulla, exsecrationes, admirationes, minationes; de or II 288.

minax, drohend: qui Indutiomaro isti minaci atque adroganti par in bello gerendo esse possit; Font 36. Caesar minaces ad senatum et acerbas litteras miserat; ep XVI 11, 2.

miniatulus, rot: cerulas tuas miniatulas || miniatas || illas extimescebam; A XVI 11, 1.

miniatus, rot gefärbt, rot: quae (συντάξεις) vereor ne miniata cerula tua pluribus locis notandae sint; A XV 14, 4. volo videre animum, qui mihi audeat ista apponere aut etiam polypum miniati Iovis similem; ep IX 16, 8.

minister, Diener, Gehülfe, Beförderer: I, 1. cur ego absum vel socius vel minister consiliorum (tuorum)? ep II 7, 2. — 2. sit anulus tuus non minister alienae voluntatis, sed testis tuae; Q fr I 1, 13. qui (sensus) tibi non comites solum virtutum, sed ministri etiam videbuntur; fin II 113. legum ministri magistratus; Cluent 146. — II, 1. Martiales quidam Larini appellabantur, ministri publici Martis; Cluent 43. illi disertissimi homines ministros habent in causis iuris peritos, ei qui „pragmatici" vocantur; de or I 253. qui primum certos instituerit nomine decumanos, re vera ministros ac satellites cupiditatum suarum; Ver III 21. ut apud Graecos infimi homines mercedula adducti ministros se praebent in iudiciis oratoribus, ii qui apud illos πραγματικοί vocantur, sic . .; de or I 198. ut in hac custodia provinciae non te unum, sed omnes ministros imperii tui sociis praestare videare; Q fr I 1, 10. — 2. malis usus ille (populus) ministris; rep I 66. — 3. in eius socios facinorum et ministros sum semper invectus; Phil XII 17.

ministerium, Dienstleistung, Gehülfe: quibus utitur ministeriis deus, cum optimi speciem efficit; Tim 50.

ministra, Dienerin: I. quas (virtutes) tu voluptatum satellites et ministras esse voluisti; fin II 37. — II. quam multarum artium ministras manus natura homini dedit! nat II 150.

ministrator, Diener, Aufwärter, Beistand: nec pulchros illos ministratores aspiciebat; Tusc V 62. quod ministratorem peteres, non adversarium; de or II 305.

ministratrix, Gehülfin: ut omnes (artes) comites ac ministratrices oratoris esse diceres; de or I 75.

ministro, dienen, bedienen, aufwarten, darreichen; I, 1. cum maximis poculis ministraretur; Ver III 105. Acastum retine, quo commodius tibi ministretur; ep XVI 14, 2. — 2. adsint etiam formosi pueri, qui ministrent; fin II 23. — II. ut (Ganymedes) Iovi bibere ministraret; Tusc I 65. — III. ardentes faces furiis Clodianis paene ipse consul ministrabas; Piso 26. Iuventate pocula ministrante; Tusc I 65.

minitor, drohen, androhen: I. cui (patriae) igni ferroque minitatur; Phil XIII 48. tibi paene minitanti nobis per litteras; ep V 2, 10. noster Publius mihi minitatur; A II 19, 4. — II. se instructum ad urbem venturum esse minitatur; Phil III 1. — III. cum Catoni iudicium minitanti ac denuntianti respondisset; Muren 51. ut equitibus Romanis mortem proscriptionemque minitarentur; dom 55.

minor, drohen, androhen: I. ut neque minanti cederet neque cuiquam minaretur; Muren 53. Minerva, quia minuit aut quia minatur; nat III 62. ille urbi minari; A IV 3, 3. — II. universis se funditus eversurum esse illam civitatem minabatur; Ver IV 76. — III. cui (Theodoro) cum Lysimachus rex crucem minaretur; Tusc I 102. nobis (Pulchellus) tum vim, tum iudicium minatur; A II 22, 1. cum idem supplicium minatur optimis civibus; Phil III 18. vim: f. iudicium.

minuo, vermindern, verkleinern, verringern, schmälern, beeinträchtigen: I, 1. quae (natura) causas gignendi, augendi, minuendi habeat, sed careat omni sensu et figura; nat I 35. — 2. Minerva, quia minuit aut quia minatur; nat III 62. — II. ut potentia senatus atque auctoritas minueretur; rep II 59. minuisti auxilia populi Romani, minuisti copias maiorum; Ver V 50. quae (statua) magnum civium dolorem et desiderium honore monimenti minuet; Phil IX 13. f. maerorem. facultates augere, non minuere oportere; inv II 115. minuis gloriam Pompei; Flac 28. vereor, ne, dum minuere velim laborem, augeam; leg I 12. quo lamentatio minueretur; leg II 65. nihil de maerore minuendo scriptum

Digitized by Google

ab ullo est; A XII 14, 3. maerorem minui, dolorem nec potui, nec, si possem, vellem; A XII 28, 2. intentio est: „maiestatem minuisti, quod tribunum plebis de templo deduxisti"; inv II 52. indicatio est, minuatne is maiestatem, qui . . ; inv II 52. ab illo maiestatem minutam negabam; de or II 107. quae tanta ex improbis factis ad minuendas vitae molestias accessio potest fieri, quanta ad augendas? fin I 51. ut haec opinio minuatur; de or II 210. potentiam: f. auctoritatem. quod per tribunum plebis tribunicia potestas minuitur; agr II 30. ut sumptus egentissimarum civitatum minuerem; ep III 8, 2. eam (terram) ne quis nobis minuat; leg II 67.

minusculus, klein, kleiner: audi nunc de minuscula (epistula); Q fr III 1, 11. me minusculam villam [utique] Quinto traditurum; A XIV 13, 5.

minutatim, stückweise, nach und nach: cum aliquid minutatim et gradatim additur aut demitur; Ac II 79. minutatim interrogati; A II 92.

minute, klein, kleinlich: haec universa concidunt etiam minutius; Ac II 42. nec grandia minute (dicet); orat 123. res graves non ita tractantur, ut debent, sed aliquanto minutius; fin IV 7.

minutus, klein, unbedeutend, winzig: A. ecce alii minuti et angusti; fin I 61. quorum satis arguta multa, sed ut modo primumque nascentia minuta quaedam; orat 39. cum „minutum animum" pro parvo dicimus; de or III 169. genus sermonis concisum atque minutum; de or II 159. multo magnus orator praestat minutis imperatoribus; Bru 256. cuius in femore litteris minutis argenteis nomen Myronis erat inscriptum; Ver IV 93. reticulum ad nares sibi admovebat minutis maculis, plenum rosae; Ver V 27. cum concisus ei Trasymachus minutis numeris videretur; orat 40. sin mortuus, ut quidam minuti philosophi censent, nihil sentiam; Cato 85. — B. quid minuta colligimus, hereditates, mercaturas? of III 83.

mirabilis, wunderbar, sonderbar, außerordentlich, bewundernswert: A. quo magis sunt Herodotus Thucydidesque mirabiles; orat 39. ne hoc forte magnum ac mirabile esse videatur; de or II 191. mirabile est, quam non multum differat ..; de or III 197. quae (stellae) circulos suos orbesque conficiunt celeritate mirabili; rep VI 15. mirabilem copiam dicendi; Top 67. iste statim illa mirabilia facinora effecit; Phil II 109. candelabrum e gemmis clarissimis opere mirabili perfectum; Ver IV 64. cum in uno mundo ornatus hic tam sit mirabilis; Ac II 125. — B, I. sunt Socratica pleraque mirabilia Stoicorum, quae παράδοξα nominantur; Ac II 136. — II. cum casus in omnibus plura mirabilia quam in somniorum visis effecerit; div II 147.

mirabiliter, wunderbar, sonderbar, außerordentlich, herrlich: te a me mirabiliter amari; ep IX 10, 1. qui id (factum) mirabiliter approbasti; A XVI 7, 3. in alvo multa sunt mirabiliter effecta; nat II 136. alter me mirabiliter excruciat; A X 4, 5. mirabiliter laetor; ep XI 14, 1. mirabiliter de te et loquuntur et sentiunt; ep IV 13, 5. ut cum eorum (philosophorum) vita mirabiliter pugnet oratio; Tusc II 12. libros Platonis mirabiliter scriptos; de or III 15. sentio: f. loquor.

miraculum, Wunder: (audite non) portenta et miracula non disserentium philosophorum, sed somniantium; nat I 18.

miratio, Verwunderung: causarum ignoratio in re nova mirationem ‖ admirationem ‖ facit; div II 49.

mire, wunderbar, erstaunlich, außerordentlich: I. puero municipia mire favent; A XVI 11, 6. — II. cuius (filii) orbitas et fletus mire miserabilis fuit; Bru 90. — III. capella quaedam est, ea quidem mire scite facta et venuste; Ver II 87.

mirifice, wunderbar, erstaunlich, auffallend, außerordentlich: (Lentulus) mirifice gratias agens Caesari; A IX 11, 1. sensus mirifice ad usus necessarios et facti et conlocati sunt; nat II 140. mirifice conturbatum vidi puerum; A VI 3, 8. somnium mirifice ad verbum cum re convenisse; div I 99. tuam benivolentiam mirifice diligo; A XII 34, 2. tuas mirifice litteras exspecto; Q fr II 4, 7. facio: f. conloco. quibus (lacrimis) ego tum vos mirifice moveri sentiebam; Milo 34. mirifice torqueor; A XV 23.

mirificus, wunderbar, sonderbar, außerordentlich, bewundernswert: o mirificum Dolabellam meum! A XIV 15, 1. mirificus generis ac nominis vestri fuit erga me semper animus; ep XV 10, 1. casus mirificus quidam intervenit; ep VII 5, 2. mirificum me tibi comitem praebuissem; ep I 9, 2. mirificae sunt custodiae; A X 12, a, 2 (5). mirificam exspectationem esse mei; A VII 7, 5. quae (artes) mirificos efferunt fructus; Cato 9. mirificas tibi apud me gratias egit; ep XIII 42, 1. cum homine mirifico, Dionysio; A IV 11, 2. te mirificam in latebram coniecisti; div II 46. aditus insulae esse munitos mirificis molibus; A IV 17, 6 (16, 13). filius mirifico odio (scripsit); A XI 15, 2. me mirificae tranquillitates adhuc tenuerunt; A X 18, 1. cuius (Tulliae) virtus mirifica; A X 8, 9.

miror, sich wundern, bewundern: I. mirabar; nec enim umquam ante videram; Ac II 11. — II, 1. quo minus mirere, si invitus descendo; A VIII 1, 3. — 2. sin cesseris, non magnopere mirabor; Ac II 63. — 3. quod nisi esset factum, magis mirandum videretur; Muren 68. — 4. Servius quod desperanter tecum locutus est, minime miror; A XIV 18, 3. — 5. mirabuntur, quid haec pertineant ad ea, quae quaerimus; orat 11. — 6. hic miramur hunc hominem tantum excellere ceteris; imp Pomp 39. — III. Cyrenaeum Theodorum, philosophum non ignobilem, nonne miramur? Tusc I 102. id admirans illud iam mirari desino, quod multo magis ante mirabar; de or II 59. quae scribis ad me, minime mihi miranda et maxime iucunda acciderunt; ep III 10, 4. totum (opus) est e saxo in mirandam altitudinem depresso; Ver V 68. cum puerorum formas et corpora magno hic (Zeuxis) opere miraretur; inv II 2. primo mirantur omnes improbitatem calumniae; Ver II 37. ut mirari satis istorum inconstantiam non possim; fin IV 39. soleo saepe mirari non nullorum insolentiam philosophorum; Tusc I 48. mirandum in modum gaudeo; ep XV 8. philosophum: f. alqm. iste unum quodque vas in manus sumere, laudare, mirari; Ver II 63.

mirus, wunderbar, sonderbar, erstaunlich, außerordentlich, bewundernswert: non esse mirum, si nunc primum deliquerit; inv II 34. nec mirum, si eius utebatur auxilio; Quinct 18. quid mirum est in hoc felicitatis famam sermonemque valuisse? Muren 38. *ut* oblivisci aliorum non sit mirum; Rab Post 41. ne illam quidem praetermisisti reprehensionem Antiochi (nec mirum); Ac II 111. ut mihi mirum videatur, quo modo isti non uni (somnio) fidem derogent; div II 146. maiores suos multa mira atque praeclara gloriae cupiditate fecisse; rep V 9. mirum quam inimicus ibat; A XIII 40, 2. (Quintus filius) mirus civis; A XV 29, 2. mirum me desiderium tenet urbis, incredibile meorum; ep II 11, 1. mirum quendam dolorem accipere eos; Ver IV 135. o impudentiam miram! har resp 30. mirum est ingenium; A X 10, 6. Tarquinio exacto mira quadam exsultasse populum insolentia libertatis; rep I 62. o miram memoriam, Pomponi, tuam! leg II 45. earum (litterarum) accuratissima diligentia sum mirum in modum delectatus; A VII 3, 1. de pantheris agitur; sed mira paucitas est; ep II 11, 2. mira hominum querela est sine magistratibus urbem

Digitized by Google

esse; A VII 11, 4. mira quaedam religio est Cereris Hennensis; Ver IV 107. de altera parte dicendi mirum silentium est; de or II 78.

diffluentes; de or III 131. otio fruor, non illo quidem, quo debebat is, qui quondam peperisset otium civitati; of III 3. me metuo ne etiam in ceteris rebus honesto otio privarim; ep IV 4, 4. — 4. is fueram, cui cum liceret maiores ex otio fructus capere quam ceteris ..; rep I 7. cum (Crassus) se de turba et a subselliis in otium soliumque contulerit; de or II 143. divello ab: f. 1. complector. quod te alia ratio ad honestum otium duxit; A I 17, 5. philosophorum libros reservet sibi ad huiusce modi Tusculani requiem atque otium; de or I 224. quoniam illi arti in bello ac seditione locus est, huic in pace atque otio; Quir 20. cum in otium venerimus; A I 7. — III. quem ego vobis ita commendo, ut cupidissimum otii; Muren 90. — IV. alqd: f. I, 1. contingit. II, 1. confero, habeo. amorem eis (civibus) otii et pacis iniecit; rep II 26. neque nobis fructus otii datus est; de or I 2. hominis mihi irati, sed multo acrius otii communis et salutis inimici; Sest 15. quo tempore aetas nostra tamquam in portum confugere deberet non inertiae neque desidiae, sed otii moderati atque honesti; Bru 8. quod in meo reditu spes otii et concordiae sita videbatur; dom 15. — V, 1. qui otio delectantur; Phil XI 38. nos umbris, deliciis, otio, languore, desidia animum infecimus; Tusc V 78. quo (otio) nunc tabescimus; A II 14, 1. — 2. multa praeclara in illo calamitoso otio scripsit; fin V 54. quae (artes) sine summo otio non facile discuntur; Balb 15.

ovis, Schaf: I. quid oves aliud adferunt, nisi ut earum villis confectis atque contextis homines vestiantur? nat II 158. — II. o praeclarum custodem ovium, ut aiunt, lupum! Phil III 27. plebem multae dictione ovium et bovum || boum || coërcebat; rep II 16.

ovo, eine Ovation halten, feierlich einziehen: quem ovantem in Capitolium ascendisse meminissem; de or II 195. cum propter eorum res gestas me ovantem et prope triumphantem populus Romanus in Capitolium domo tulerit; Phil XIV 12.

ovum, Ei: I. etsi pisces, ut aiunt, ova cum genuerunt, relinquunt; facile enim illa aqua et sustinentur et fetum fundunt; nat II 129. somniasse se ovum pendere ex fascea lecti sui cubicularis; div II 134. — II, 1. gigno, al.: f. I. fundunt. testudines et crocodilos dicunt obruere ova, deinde discedere; nat II 129. ut quam facillime ova serventur; nat II 129. anitum ova gallinis saepe supponimus; nat II 124. — 2. integram famem ad ovum adfero; ep IX 20, 1. — III, 1. videsne, ut in proverbio sit ovorum inter se similitudo? Ac II 57. — 2. id (vitellum) ei ex ovo videbatur aurum declarasse, reliquum argentum; div II 134.

Pabulum, Futter, Nahrung: I. est animorum ingeniorumque naturale quoddam quasi pabulum consideratio contemplatioque naturae; Ac II 127. — II. (Democritus) habitu extorum declarari censet haec dumtaxat: pabuli genus ..; div II 30. — III. hunc pabulo inimicorum corruptum; har resp 5.

pacificatio, Friedensstiftung: I. sapientius facies, si te in istam pacificationem non interpones; ep X 27, 2. se non dubitare, quin et opem et gratiam meam ille (Caesar) ad pacificationem quaereret; A IX 11, 2. — II. ecquae spes pacificationis sit; A VII 8, 4.

pacificator, Friedensstifter: I. Servius pacificator videtur obisse legationem; A XV 7. iam illum emptum pacificatorem perorasse puto; A X 1, 2. — II. emo: f. I. praepositum esse nobis pacificatorem Allobrogum; A I 13, 2.

pacificatorius, den Frieden vermittelnd: posteaquam nos pacificatoria legatione implicatos putant; Phil XII 3.

pacificus, Frieden stiftend: ecquae pacifica persona desideretur; A VIII 12, 4.

paciscor, verabreden, sich ausbedingen, einen Vertrag schließen: I. ut ex area, nisi pactus esset, arator ne tolleret; Ver III 51. — II. se dimidium eius ei, quod pactus esset pro illo carmine, daturum; de or II 352. si, quae de me pacta sunt, non servantur; A II 9, 1. quam (Ciliciam) sibi pactus erat; Sest 55. cuius (Deiotari) filio pacta est Artavasdis filia; A V 21, 2. pacto iam foedere provinciarum; Sest 33. quod dierum essent pactae, non noctium indutiae; of I 33. tanta invidia sunt consules propter suspicionem pactorum a candidatis praemiorum; Q fr III 3, 2. si praedonibus pactum pro capite pretium non attuleris; of III 107.

paco, beruhigen, part. friedlich: hinc exercitum in hiberna agri male pacati deducendum Quinto fratri dabam; A V 20, 5. pacare Amanum; ep XV 4, 8. in pacatis tranquillisque civitatibus; de or I 30. ille, cuius ne pacatam quidem nequitiam quisquam ferre posset; Phil V 24. erat rex, si nondum socius, ad non hostis, pacatus, quietus; Sest 57. tempus hoc tranquillum atque pacatum; Cluent 94.

pactio, Verabredung, Vergleich, Vertrag: I, 1. ut pactiones cum civitatibus reliquis conficiat; ep XIII 65, 1. cum tam iniquas pactiones vi et metu expressas cognoverit; Ver III 143. haec pactio non verbis, sed nominibus et perscriptionibus multorum tabulis cum esse facta diceretur; A IV 17, 2. pactiones sine ulla iniuria factas rescidit; prov 10. qui (videt) tuas mercedum pactiones in patrociniis; par 46. — 2. an (ius profectum sit) ab aliqua quasi condicione || condictione || hominum et pactione; Top 82. nisi (milites) ad hanc pactionem venissent; inv II 76. — II, 1. alter consul pactionibus se suorum praemiorum obligarat; sen 32. victoria pax, non pactione parienda est; ep X 6, 1. — 2. quod iis navem contra pactionem foederis imperarint; Ver V 49.

pactor, Vermittler: en societatis pactores, religionis auctores; Ver V 55.

pactum, Vertrag, Vergleich, Art und Weise: I. quaedam genera iuris iam certa consuetudine facta sunt; quod genus pactum, par, iudicatum. pactum est, quod inter quos convenit || quod || ita iustum putatur, ut iure praestare dicatur; inv II 67, 68. pactum est, quod inter aliquos convenit; inv II 162. — II, 1. nescio quo pacto ab eo, quod erat a te propositum, aberravit oratio; Tusc III 80. adiutor eodem pacto esse debeo; Muren 8. ista (natura) duce errari nullo pacto potest; leg I 20. quonam pacto mortem Africani feras; Lael 7. quo pacto suae confessioni possit mederi; Ver I 12. — 2. Pomptinus ex pacto et convento ⟨nam ea lege exierat⟩ iam a me discesserat; A VI 3, 1.

paean, Päan, Lobgesang: I. neque vos paean || paeon || aut herous ille conturbet. ipsi occurrent orationi; de or III 191. probatur ab eodem illo (Aristotele) maxime paean || paeon ||, qui est duplex: nam aut a longa oritur, quam tres breves consequuntur, aut a brevibus deinceps tribus, extrema producta atque longa; de or III 183. est paean || paeon || hic

Digitized by Google

posterior non syllabarum numero, sed aurium mensura par fere cretico, qui est ex longa et brevi et longa; de or III 183. paean minime est aptus ad versum; orat 194. paean in amplioribus (est); orat 197. eius (cretici) aequalis paean, qui spatio par est, syllaba longior, qui commodissime putatur in solutam orationem inligari, cum sit duplex. nam aut e longa est et tribus brevibus aut e totidem brevibus et longa; orat 215. est (paean) unus aptissimus orationi vel orienti vel mediae; orat 218. quod paean habeat tres breves; orat 191. occurrit: f. conturbat. — II, 1. ante condemnentur ii, quam totiens, quotiens praescribitur, Paeanem aut Nomionem ‖ munionem ‖ citarimus; de or I 251. ita fit sequiplex paean; orat 188. inligo: f. I. est; orat 215. qui paeana praetereunt, non vident mollissimum a sese numerum eundemque amplissimum praeteriri; orat 192. probo: f. I. est; de or III 183. Ephorus paeana sequitur aut dactylum; orat 191. — 2. illi philosopho ordiri placet a superiore paeane ‖ paeone ‖, posteriore finire; de or III 183. — III. finire. f. II, 2.

paedagogus, Erzieher: I. quem ad modum paedagogi loquantur; Bru 210. — II. paedagogi probitas me id suspicari vetat; A XII 33, 2.

paedor, Schmutz: ex hac opinione sunt illa genera lugendi, paedores, muliebres lacerationes genarum; Tusc III 62.

pael — f. **pel** —

paene, beinahe, fast, so gut wie: I. quem (Brutum) non minus amo quam tu, paene dixi, quam te; A V 20, 6. cum iam paene evanuisset Hortensius; Bru 323. etsi heri id, quod quaerebatur, paene explicatum est; Ac II 10. decus illius exercitus paene praeterii; Phil XI 14. — II. cum illum necessarium et fatalem paene casum non tulerimus; Phil X 19. dum illum rideo, paene sum factus ille; ep II 9, 2. in disputationem paene intimam; de or I 96. — necessarias (cupiditates) satiari posse paene nihilo; Tusc V 93. est finitimus oratori poëta, multis vero ornandi generibus socius ac paene par; in hoc quidem certe prope idem, ut ..; de or I 70. — III. si animal omne ea ante efficit paene, quam cogitat; div I 120. — IV. Bibulum multo iustiorem (habuimus), paene etiam amicum; ep I 4, 1. qui de imperio paene certavit; Sest 59. ut paene cum lacte nutricis errorem suxisse videamur; Tusc III 3. C. Caesar adulescens, paene potius puer; Phil III 3. — V. utinam conere, ut aliquando illud „paene“ tollatur! Phil II 101.

paenitet, es reut, ärgert, verdrießt, bereuen: I. 1. tanta vis fuit paenitendi; Tusc IV 79. — 2. nisi forte sic loqui paenitet; orat 164. — II. taedet ipsum Pompeium vehementerque paenitet; A II 22, 6. f. IV, 1. ep IX 5, 2. — III, 1. quae qualiacumque in me sunt (me ipsum paenitet quanta sint); orat 130. — 2. se paenitere, quod animum tuum offenderit; A XI 13, 2. — 3. efficiunt, ut me non didicisse minus paeniteat; de or II 77. — 4. ut eum tali virtute se in rem publicam fuisse paeniteat; Sest 95. — 5. nec me comitum paeniteret; A VIII 1, 3. cuius me mei facti paenituit; ep VII 3, 2. sapientem nihil opinari, nullius rei paenitere; Muren 61. voluntatis me meae numquam paenitebit, consilii paenitet; A XI 6, 2. — IV, 1. ut valde ego ipsi (Caelio), quod de sua sententia decesserit, paenitendum putem; A VII 3, 6. consilii nostri, ne si eos quidem, qui id secuti non sunt, non paeniteret, nobis paenitendum putarem; ep IX 5, 2. — 2. optimus est portus paenitenti mutatio consilii; Phil XII 7. utrum id facinus sit, quod paenitere fuerit necesse; inv II 43. sequitur, ut nihil paeniteat, nihil desit, nihil obstet; Tusc V 53. quemquam paeniteret, quod fecisset per iram? Tusc IV 79.

paenula, Reisemantel, Mantel: mulioniam paenulam adripuit, cum qua venerat; Sest 82. horum ego vix attigi paenulam. tamen remanserunt; A XIII 33, a, 1 (4). ego ita egi, ut non scinderem paenulam; A XIII 33, a, 1 (4).

paenulatus, im Reisemantel: cum hic insidiator cum uxore veheretur in raeda, paenulatus; Milo 28.

paeon f. **paean.**

paetulus, seitwärts blickend, blinzelnd: ecquos (deos), si non tam strabones, at paetulos esse arbitramur? nat I 80.

paganus, Bauer: nullum est in hac urbe conlegium, nulli pagani aut montani; dom 74.

pagella, Seite: altera iam pagella procedit; ep XI 25, 2. extrema pagella pupugit me tuo chirographo; ep II 13, 3.

pagina, Seite, Blatt: I, 1. cum hanc paginam texerem ‖ tenerem ‖; Q fr I 2, 10. — 2. quoniam respondi postremae tuae paginae prima mea, nunc ad primam revertar tuam; A VI 2, 3. — 3. revertor ad: f. 2. est quasi in extrema pagina Phaedri his ipsis verbis loquens Socrates; orat 41. — II. etsi meam in eo parsimoniam huius paginae contractio significat; A V 4, 4. — III. respondere: f. I, 2.

paginula, Seite: ut non minus longas iam in codicillorum fastis futurorum consulum paginulas habeant quam factorum; A IV 8, a, 2.

pagus, Dorf, Gau: (Sophocles) ascendit in Arium pagum; div I 54. vos de pagis omnibus conligitis bonos illos viros; fin II 12.

pala, Stein: ibi eum palam eius anuli ad palmam converterat, a nullo videbatur; of III 38.

palaestra, Ringschule, Ringplatz, Übung, Kunst: I. ut palaestra histrionem (adiuvat); orat 14. — II, 1. (numerus) quasi quandam palaestram et externa liniamenta orationi attulit; orat 186. non utuntur in ipsa lusione artificio proprio palaestrae, sed indicat ipse motus, didicerintne palaestram an nesciant; de or I 73. in quo non motus hic habeat palaestram quandam; orat 228. nescio: f. disco. — 2. palaestrae magis et olei (genus est verborum) quam huius civilis turbae ac fori; de or I 81. — 3. hominem deduxerunt in palaestram; inv II 2. quem (Mercurium) in privata aliqua palaestra posuit; Ver V 185. — III. artificium: f. II, 1. disco. magni aestimo unius aestatis fructum palaestrae Palatinae; A II 4, 7. — IV. Phalereus non tam armis institutus quam palaestra; Bru 37.

palaestricus, der Ringschule angehörig, zünftig: palaestrici motus sunt saepe odiosiores; of I 130. numquam vos praetorem tam palaestricum vidistis; Ver II 54.

palaestrita, Ringer: I. Heraclio Syracusanos tuos illos palaestritas bona restituere iussit; Ver II 54. — II, 1. sani et sicci dumtaxat habeantur, sed ita, ut palaestritae; opt gen 8. — 2. eripe hereditatem propinquis, da palaestritis; Ver II 46.

palam, offen, öffentlich, unverhohlen, offenbar: palam sic egit causam tuam, ut ..; ep I 1, 2. qui in contione palam dixerint ..; Sest 60. non ex insidiis, sed aperte ac palam elaboratur, ut ..; orat 38. credo palam factum esse; A XIII 21, 3. suffragia clam an palam ferri melius esset; leg III 33. hoc cum palam decumani loquerentur; Ver III 131. L. Catilinam caedem, interitum non obscure, sed palam molientem; Piso 5. istum in re frumentaria aperte palamque esse praedatum; Ver III 146. haec commemoro, quae sunt palam; Piso 11. si palam libereque venirent; Ver IV 13.

palatum, palatus, Gaumen: I. nec sequitur, ut, cui cor sapiat, ei non sapiat palatus; fin II 24. — II. suspicio: f. III. indicare. — III. dum palato, quid sit optimum, (Epicurus) iudicat, „caeli palatum“, ut ait Ennius, non suspexit; nat II 49. quae (voluptas) palato percipiatur, quae

Digitized by Google

auribus; fin II 29. is (stomachus) palato extremo atque intimo terminatur; nat II 135.

palea, Spreu: aurum paleamne (navis) portet, ad bene aut ad male gubernandum nihil interesse; fin IV 76.

palimpsestus, abgeschabtes Pergament: quod in palimpsesto, laudo equidem parsimoniam; ep VII 18, 2.

palla, Schauspielermantel: qui cum palla nummos populo de rostris spargere solebat; Phil III 16.

palleo, erbleichen: sudat, pallet; Phil II 84.

palliatus, im Mantel: ut denique illi palliati topiariam facere videantur et hederam vendere; Q fr III 1, 5. accipietne excusationem is tiraeculi indicis, modo palliati, modo togati? Phil V 14.

pallium, Mantel: I, 1. (Hippias) gloriatus est pallium, quo amictus esset, [se] sua manu confecisse; de or III 127. ei (Iovi) laneum pallium iniecit; nat III 83. — 2. cum esses cum tunica pulla et pallio; Ver V 40. — II, 1. amiciri: f. I, 1. conficio. amica corpus eius (Alcibiadis) texit suo pallio; div II 143. — 2. cum tunica pallioque purpureo visus es; Ver V 137.

pallor, Blässe, Erbleichen: I. ex quo fit, ut pudorem rubor, terrorem pallor et tremor consequatur; Tusc IV 19. — II. quo tremore et pallore dixit! Flac 10.

palma, flache Hand, Hand, Palme, Siegespreis, Sieg: I. multas esse infames eius palmas, hanc primam esse tamen lemniscatam; Sex Rosc 100. — II. cum palmam iam primus acceperit; Bru 173. docto oratori palma danda est; de or III 143. (Antipho) palmam tulit; A IV 15, 6. minorem Septentrionem Cepheus passis palmis a tergo subsequitur; nat II 111. — III. (Zeno) cum manum dilataverat, palmae illius similem eloquentiam esse dicebat; orat 113. — IV. alter plurimarum palmarum vetus gladiator habetur; Sex Rosc 17. radices palmarum agrestium, quarum erat multitudo, conligebant; Ver V 87.

palmaris, vorzüglich: illa palmaria, quod is eum (mundum) dixerit fore sempiternum; nat I 20. illa statua palmaris; Phil VI 15.

palpebra, Augenlid: I. palpebrae, quae sunt tegmenta oculorum, mollissimae tactu, ne laederent aciem; nat II 142. — II. munitae sunt palpebrae tamquam vallo pilorum; nat II 143. quem (Regulum) Carthaginienses resectis palpebris vigilando necaverunt; Piso 43.

palpito, zucken: cum cor animantis alicuius evulsum ita mobiliter palpitaret, ut imitaretur igneam celeritatem; nat II 24.

paludatus, im Kriegsmantel: cum te prosequerer paludatum; ep XIII 6, 1. Crassum minore dignitate aiunt profectum paludatum; A IV 13, 2. exierunt malis ominibus atque exsecrationibus duo vulturii paludati; Sest 71 (72).

palumbes, Ringeltaube: »iam mare Tyrrhenum longe penitusque palumbes relliquit«; fr II XII.

palus, Pfahl: ad palum adligantur; Ver V 10.

palus, Sumpf: I, 1. ut paludes emat; agr II 71. ille paludes siccare voluit; Phil V 7. — 2. (C. Marius) expulsus, egens, in palude demersus; fin II 105. — II. cum rex Mithridates illis paludibus defendatur; agr II 52.

pampinus, Weinlaub: (uva) vestita pampinis; Cato 53.

panchrestus, stets wirksam: cum eius comites iste sibi suo illo panchresto medicamento amicos reddidisset; Ver III 152.

pando, ausstrecken, ausbreiten: dum illa divina (bona) longe lateque se pandant; Tusc V 76. stantes ei manibus passis gratias agentes; Sest 117. quo utinam velis passis pervehi liceat! Tusc I 119.

panegyricus, Festrede: qualem Isocrates fecit Panegyricum; orat 37.

pango, festsetzen, bestimmen, verfassen, abfassen (vgl. paciscor): I. de pangendo quod me crebro adhortaris; A II 14, 2. — II. si quis pepigerit, ne illo medicamento umquam postea uteretur; of III 92. — III. an pangis aliquid Sophocleum? ep XVI 18, 3. ἀνέκδοτα, quae tibi uni legamus, Theopompio genere aut etiam asperiore multo pangentur; A II 6, 2. quos (fines) lex cupiditatis tuae, non quos lex generi tui pepigerat; Piso 37. requiri placere terminos, quos Socrates pegerit; leg I 56.

panis, Brot: I. panis et vinum a propola atque de cupa; Piso 67. — II. cui (Dario) cum peragranti Aegyptum cibarius in casa panis datus esset, nihil visum est illo pane iucundius; Tusc V 97. — III. quod (venenum) ei datum sit in pane; Cluent 169.

pannosus, zerlumpt: paucis pannosis linea lanterna; A IV 3, 5.

panthera, Panther: I. auditum est pantheras, quae in barbaria venenata carne caperentur, remedium quoddam habere, quo cum essent usae, non morerentur; nat II 126. — II, 1. capio: f. I. — 2. de pantheris per eos, qui venari solent, agitur mandatu meo diligenter; sed mira paucitas est; ep II 11, 2.

par, gleich, ebenbürtig, angemessen, gewachsen, Genosse: A. (ille) cum disserendo par esse non posset; de or I 240. par (est), quod in omnes aequabile est; inv II 68. 162. erant ei quaedam ex his paria cum Crasso, quaedam etiam superiora; Bru 215. sic par est agere cum civibus; of II 83. quod me scire par sit; A XV 17, 2. ut terrena et umida (corpora) ad pares angulos in terram et in mare ferantur; Tusc I 40. quam rationem pari virtute, animo, fide P. Sestius secutus; sen 20. incommoda et commoda communia esse voluerunt, paria noluerunt; fin III 69. cui cum liceret non praecipuam, sed parem cum ceteris fortunae condicionem subire; rep I 7. cum pari dignitate simus; Phil XI 19. fides: f. animus. te parem mihi gratiam relaturum; ep III 9, 1. ecquem (hominem) vere commemorare possumus parem consilio, gravitate M. Aemilio Scauro fuisse? Font 24. incommoda: f. commoda. privatum oportet aequo et pari cum civibus iure vivere; of I 124. si mundus ita sit par alteri mundo, ut inter eos ne minimum quidem intersit; Ac II 55. multa et magna inter nos officia paria et mutua intercedunt; ep XIII 65, 1. erit rebus ipsis par et aequalis oratio; orat 123. necesse est paria esse peccata; fin IV 77. »ni par maiorve potestas populusve prohibessit«; leg III 6. ut par sit ratio acceptorum et datorum; Lael 58. si par in nobis huius artis atque in illo picturae scientia fuisset; inv II 5. adsunt pari studio Pompeiani; Sulla 61. par choreo, qui habet tres breves, trochaeus, sed spatio par, non syllabis; orat 217. quae (verba) paribus paria referuntur; de or III 206. ut verba verbis quasi demensa et paria respondeant; orat 38. eas (virtutes) esse inter se aequales et pares; de or I 83. f. animus. cum par voluntas accipitur et redditur; ep V 2, 3. — B, a. I. pares vetere proverbio cum paribus facillime congregantur; Cato 7. — II. productus cum tuo illo pare; sen 17. edicere est ausus cum suo illo pari; Piso 18. — b, I. cum par pari refertur; orat 220. paria paribus relata; orat 84. paria paribus respondimus; A VI 1, 22. — II. parium comparatio nec elationem habet nec summissionem; Top 71. — II. ex pari (argumenta ducuntur); de or II 172.

par, Paar: I. ecce tibi geminum in scelere par; Phil XI 2. — II. dicebant scyphorum paria complura Verri data esse; Ver II 47. a me gladiatorum par nobilissimum inducitur; opt gen 17. quod ex omnibus saeculis vix tria aut quattuor nominantur paria amicorum; Lael 15.

Digitized by Google

parabilis, leicht zu gewinnen: cuius (naturae) divitias Epicurus parabiles esse docuit; fin II 90.

parasitus, Schmarotzer: I. quod in Eunucho parasitus suaderet militi; ep I 9, 19. — II. parasitorum in comoediis adsentatio; Lael 98.

parate, schlagfertig: sumpto spatio ad cogitandum paratius atque accuratius dicere; de or I 150. dimicare (debemus) paratius de honore et gloria quam de ceteris commodis; of I 83. is ad dicendum veniebat magis audacter quam parate; Bru 241.

paratus, Zurüstung: (sapientes) nullum necessarium vitae cultum aut paratum requirentes; fin V 53.

parce, sparsam, spärlich: id feci parce et molliter; ep I 9, 23. de hoc genere toto hoc scribo parcius, quod . .; ep IV 13, 6. quam honestum (sit) parce, continenter, severe, sobrie (vivere); of I 106.

parco, schonen, sparen, berücksichtigen: te plane rogo, ut Albinio parcas; ep XIII 8, 3. quibus (aratoribus) parcere et consulere debuisti; Ver III 75. capiti vero innocentis fortunisque parcant; Cael 67. parcendum maxime [est] caritati hominum; de or II 237. an illae copiae coniuratorum corpori meo pepercissent? dom 58. (Crassus) parcebat adversarii dignitati; in quo ipse conservabat suam; de or II 221. fortunis: f. capiti. pepercit homini amico et necessario; Ver III 153. satis fiet a nobis neque parcetur labori; A II 14, 2. non parcam operae; ep XIII 27, 1. parcat inventus pudicitiae suae; Cael 42. sumptu ne parcas ulla in re; ep XVI 4, 2. quod (Trebatius) parum valetudini parceret; ep XI 27, 1. qui (imperatores) patriae consulerent, vitae non parcerent; nat III 15.

parcus, sparsam: A. cum optimus colonus, cum parcissimus esset; de or II 287. Crassus erat elegantium parcissimus, Scaevola parcorum elegantissimus; Bru 148. in transferendis (verbis erit) verecundus et parcus; orat 81. vis illum filium familias patre parco ac tenaci habere tuis copiis devinctum; Cael 36. — B. f. A Bru 148.

parens, Vater, Mutter, Eltern: I. 1. qui (Saguntini) parentes suos liberos emori quam servos vivere maluerunt; par 24. obiurgavit M. Caelium, sicut neminem umquam parens; Cael 25. si te parentes timerent atque odissent tui; Catil I 17. vivunt: f. emoriuntur. — 2. earum (rerum) parens est educatrixque sapientia; leg I 62. — II, 1. cum parentes non alere nefarium sit; A IX 9, 2. C. Marium, quem patrem patriae, parentem, inquam, vestrae libertatis atque huiusce rei publicae possumus dicere, condemnabimus? Rabir 27. ut te parentem Asiae et dici et haberi velis; Q fr I 1, 31. omnium laudatarum artium procreatricem quandam et quasi parentem eam, quam φιλοσοφίαν Graeci vocant, ab hominibus doctissimis iudicari; de or I 9. qui parentem necasset; Sex Rosc 70. quod me ut mitissimum parentem vident; dom 94. vituperare quisquam vitae parentem audet? Tusc V 6. — 2. parentibus nos primum natura conciliat; har resp 57. cum innumerabilia parentibus debeamus; sen 2. qui mortem obtulerit parenti, pro quo mori ipsum iura divina atque humana cogebant; Sex Rosc 37. cum parentibus redditi, dein magistris traditi sumus; Tusc III 2. — 3. si parentibus nati sint humilibus; Lael 70. — 4. de patribus aut parentibus (cogitent); inv I 105. morior pro: f. 2. offero. unde ordiri rectius possumus quam a communi parente natura? Tusc V 37. esset ex inerti et improbo et impuro parente navus et probus filius; Ver III 161. — III. ipsi patriae conducit pios habere cives in parentes; of III 90. — IV, 1. qui praescribit in parentum loco quaestoribus suis praetores esse oportere; Planc 28. multi saepe in indicando peccata liberum parentum misericordiae concesserunt; Cluent 195. — 2. quae (caritas) est inter natos et parentes; Lael 27. prima commendatio proficiscitur a modestia cum pietate in parentes; of II 46. quid est pietas nisi voluntas grata in parentes? Planc 80. — V. qui a parentibus spe nostri imperii suscepti educatique sunt; Ver V 123. natura fieri, ut liberi a parentibus amentur; fin III 62. nostro more cum parentibus puberes filii non lavantur; of I 129.

parentalia, Totenfeier, Totenopfer: cum agerent parentalia Norenses; Scaur 11.

parento, Totenopfer bringen: I. hostia maxima parentare; leg II 54. — II. parentemus Cethego; Flac 96.

pareo, erscheinen, erwiesen sein, sich ergeben: I. factumne sit? at constat. a quo? at paret; Milo 15. — II. si paret fundum Capenatem P. Servilii esse; Ver. II 31.

pareo, gehorchen, nachgeben, willfahren, untertänig sein: I, 1. ratio habet quiddam ad imperandum magis quam ad parendum accommodatum; fin II 46. — 2. eos, quos misisset, non paruisse; Deiot 23. — II. cessi meis vel potius parui; A XI 9, 2. omnes parent auctoritati vestrae; Phil VII 13. cum (Iunius) auspiciis non paruisset; nat II 7. nec (res familiaris) libidini potius luxuriaeque quam liberalitati et beneficentiae pareat; of I 92. non dicam maiores nostros semper in pace consuetudini, in bello utilitati paruisse; imp Pomp 60. ut ei (consuli) reliqui magistratus omnes pareant excepto tribuno; leg III 16. timeo, tam vehemens vir ne omni animi impetu dolori et iracundiae pareat; A II 21, 4. qui consulari imperio paruerunt; Rabir 27. iracundiae: f. dolori. si (T. Albucius) in re publica quiescens Epicuri legibus paruisset; Tusc V 108. liberalitati, al.: f. beneficentiae. in quibus (numeris) quasi necessitati parere coguntur; orat 202. cum omnes naturae numini divino parerent; nat I 22. suae potius religioni quam censorum opinioni paruerunt; Cluent 121. qui senatui parere didicisset; Deiot 13. si et tempori eius et voluntati parere voluissem; Vatin 2. utilitati: f. consuetudini.

paries, Wand: I. parietem saepe feriens eum, qui cum P. Catulo fuerat ei communis; Cael 59. in qua (urbe) haec parietes ipsi loqui posse videantur; ep VI 3, 3. parietes modo urbis stant et manent; of II 29. — II, 1. omnibus est ius parietem directum ad parietem communem adiungere vel solidum vel fornicatum; Top 22. ferio: f. I. est. his tabulis interiores templi parietes vestiebantur; Ver IV 122. — 2. adiungo ad: f. 1. adiungo. omnibus in parietibus inscriptas fuisse litteras LLLMM; de or II 240. — III. in quibus (causis centumviralibus) parietum, luminum iura versentur; de or I 173. cum non legum praesidio, sed parietum vitam suam tueretur; sen 4. — IV, 1. quod deos inclusos parietibus contineri nefas esse duceret; rep III 14. — 2. cum nihil mihi intra meos parietes tutum viderem; ep IV 14, 3. cum omnia praeter tectum et parietes abstulit; Ver V 184.

parietinae, Ruinen: I. magis me moverant Corinthi subito aspectae parietinae quam ipsos Corinthios; Tusc III 53. — II. aspicio: f. I. ut nescio quid illud Epicuri parietinarum sibi concederes; ep XIII 1, 3. — III. in tantis tenebris et quasi parietinis rei publicae; ep IV 3, 2.

parilis, gleich: »consimili specie stellas parilique nitore non potuit nobis nota clarare figura«; fr H IV, a, 409.

pario, gebären, hervorbringen, erfinden, begründen, verschaffen, erwerben, erringen: I, 1. iam gallinae avesque reliquae quietum requirunt ad pariendum locum; nat II 129. — 2. is, quo modo equa pariat, ignorat; div II 49. si quintum pareret mater eius (Metelli), asinum fuisse parituram; de or

Digitized by Google

II 267. parere quaedam matrona cupiens; div II 145. qui mulam peperisse miratur; div II 49. — II. ut id ipsum, quod erat hominis proprium, non partum per nos, sed divinitus ad nos delatum videretur; de or I 202. quae tota ab oratore pariuntur; de or II 120. (ea) non esse virtute parta, deinde etiam vitiis atque peccatis; de or II 209. non ut (ars dicendi) totum aliquid pariat et procreet; de or II 356. cum haec eadem res plurimas gratias, firmissimas amicitias, maxima studia pariat; Muren 24. asinum: f. I, 2. mater. Romulus cum haec egregia duo firmamenta rei publicae peperisset, auspicia et senatum; rep II 17. ut (causa) et benivolentiam pariat et offensionem; inv I 20. ante partorum bonorum memoria; Cato 71. erit cognomen id tibi per te partum; rep VI 11. consulatus vobis pariebatur, sicuti partus est; Sulla 49. quae (philosophia) peperit dicendi copiam; par 2. cum ingenio sibi auctore dignitatem peperissent; de or I 198. sive illa (eloquentia) arte pariatur aliqua sive exercitatione quadam sive natura; Bru 25. firmamenta: f. auspicia. quem (fructum) labore peperisset; Sex Rosc 88. gratias: f. amicitias. L. Crassus non aliunde mutuatus est, sed sibi ipse peperit maximam laudem; of II 47. laurea illa magnis periculis parta; prov 29. offensionem: f. benivolentiam. quae id (ovum) gallina peperisset, dicere solebant; Ac II 57. victoria pax, non pactione parienda est; ep X 6, 1. parta sit pecunia; agr II 62. qui dialectici dicuntur spinosiora multa (praecepta) pepererunt; orat 114. quae (res familiaris) primum bene parta sit nullo neque turpi quaestu neque odioso; of I 92. senatum: f. auspicia. studia: f. amicitias. ea vi sua verba parient ‖ rapiant ‖; de or II 146. ex ea victoria, quae parta est; Phil XIV 1 cum pecunia voluptates pariantur plurimae; fin II 56.

pariter, auf gleiche Weise, ebenso, zugleich: ostreis et conchyliis omnibus contingere, ut cum luna pariter crescant pariterque decrescant; div II 33. »exsistet pariter larga cum luce Bootes«; fr H IV, a, 640. illa (res publica) me secum pariter reportavit; sen 34. ut nostra in amicos benivolentia illorum erga nos benivolentiae pariter aequaliterque respondeat; Lael 56. ut pariter extrema terminentur; orat 38. res urbanas vobiscum pariter tuebimur; Phil XII 24. ut ille et vixisse cum re publica pariter et cum illa simul exstinctus esse videatur; de or III 10.

paro, paratus, rüsten, ausrüsten, vorbereiten, bereiten, einrichten, erwerben, verschaffen, sich anschicken: I. quodsi ita natura paratum esset, ut ea dormientes agerent, quae somniarent; div II 122. — II, 1. pro sua quisque facultate parat, a quibus (canibus laniētur; Tusc I 108. — 2. cum tibi ego frumentum in meis agris atque in mea civitate paratus sim dare; Ver III 193. publice litteras Romam mittere parabam; A V 20, 7. quod pericula subire paratissimus fueris; ep XV 4, 12. sic hominem traducere ad optumates paro; A XIV 21, 4. — 3. »quod fore paratum est, id summum exsuperat Iovem«; div II 25. — III. Q. Scaevolam in iure paratissimum; Bru 145. ad permovendos et convertendos animos instructi et parati; orat 20. quod te optime contra fortunam paratum armatumque cognovi; ep V 13, 1. ego hunc (Caesarem) ita paratum video peditatu, equitatu, classibus, auxiliis Gallorum; A IX 13, 4. omnia et provisa et parata et constituta sunt mea summa cura; Catil IV 14. adulescens et equitatu et peditatu et pecunia paratus; ep XV 4, 6. animus paratus ad periculum; of I 63. ut operam, consilium, rem, fidem meam sibi ad omnes res paratam putent; ep VI 10, 1. nisi Caesar exercitum paravisset; Phil IV 4. fidem: f. consilium. eius filii diserti et omnibus vel naturae vel doctrinae praesidiis ad dicendum parati; de or I 38. fortitudo satis est instructa, parata, armata per sese; Tusc IV 52. homo ad omne facinus paratissimus; Milo 25. cogito interdum trans Tiberim hortos aliquos parare; A XII 19, 1. quos locos multa commentatione [atque meditatione] paratos atque expeditos habere debetis; de or II 118. mors omnibus est parata; Catil IV 20. operam: f. consilium. portum potius paratum nobis et perfugium putemus; Tusc I 118. praesidia vestrae libertati paravit; Phil X 9. rem: f. consilium. servos tuos a te ad bonorum caedem paratos; dom 6. studia ad amplificationem nostrarum rerum prompta ac parata; of II 17. Q. Seio venenum misero parabatur; dom 129. si possit paratissimis vesci voluptatibus; fin V 57.

paro, sich vergleichen: si curiata lex non esset, se paraturum cum conlega tibique successurum; ep I 9, 25.

paro, Nachen, Schiff: »tunc se fluctigero tradit mandatque paroni«; fr H IX 3.

parochus, Lieferant: omnino eum (Ariarathem) Sestius noster, parochus publicus, occupavit; A XIII 2, 2.

parricida, Mörder, Vatermörder: I, 1. quod facinus parricida non edidit? Phil XIII 21. — 2. nisi forte magis erit parricida, si qui consularem patrem quam si quis humilem necarit; Milo 17. — II, 1. hoc parricida civium interfecto; Catil I 29. ut non modo sicarii, sed iam etiam parricidae iudicemini; ep XII 3, 1. qui parricidam patriae reliquerunt; Phil IV 5. — 2. neque solum illi hosti ac parricidae (resistebam); Sulla 19. — III, 1. posteaquam latronis et parricidae sanguine (via) imbuta est; Milo 18. nemo parricidae aut proditoris supplicio misericordia commovetur; Tusc IV 18. — 2. supplicium in parricidas singulare excogitaverunt; Sex Rosc 70.

parricidium, Mord, Verwandtenmord: I. scelus verberare; prope parricidium necare (civem); Ver V 170. — II, 1, agitur de parricidio, quod sine multis causis suscipi non potest; Sex Rosc 73. — 2. C. Marium sceleris ac parricidii nefarii mortuum condemnabimus? Rabir 27. — 3. ago de: f. 1. cum homines nefarii de patriae parricidio confiterentur; Phil II 17. — III. quia parricidii causa subscripta esset; inv II 58. illi impii etiam ad inferos poenas parricidii luent; Phil XIV 32. — IV, 1 quisquam hoc parricidio se inquinare audet? Tusc V 6. quem obstrictum esse patriae parricidio suspicere; Sulla 6. — 2. tametsi in ipso fraterno parricidio nullum scelus praetermissum videtur; Cluent 31.

pars, Teil, Anteil, Partei, Rolle, Amt, Pflicht, Gegend: I. **absolut:** 1. vix pars aedium mearum decima ad Catuli porticum accessit; dom 116. si mea pars nemini cedit, fac, ut tua ceteros vincat; Q fr I 1, 43. ut illa altera pars orationis lenis atque summissa, sic haec intenta ac vehemens esse debet; de or II 211. vitium (appellant), cum partes corporis inter se dissident; Tusc IV 29. efflorescunt genera partesque virtutum; Tusc V 71. quinque partes sunt eius argumentationis, quae per ratiocinationem tractatur: propositio, approbatio, adsumptio, adsumptionis approbatio, complexio; inv I 67. an meae partes in ea causa non praecipuae fuerunt? Quir 10. quae (luna) est, ut ostendunt mathematici, maior quam dimidia pars terrae; nat II 103. ea (pars), quae in negotiorum expositione posita est, tres habet partes: fabulam, historiam, argumentum; inv I 27. cuius (belli) altera pars sceleris nimium habuit, altera felicitatis parum; of II 45. quodsi quod in genus plures incident partes; inv I 33. partes sunt, quae generibus iis, ex quibus manant, subiciuntur; de or I 189. partes perturbationum volunt ex duobus opinatis bonis nasci et ex duobus opinatis malis; Tusc IV 11. quarum (tabularum)

Digitized by Google

non nulla pars usque ad nostram memoriam remansit; inv II 1. illi ipsi, qui remanserant, vix decuma pars aratorum, relicturi agros omnes erant; Ver III 121. genus est, quod plures partes amplectitur, ut animal. pars est, quae subest generi, ut equus. sed saepe eadem res alii genus, alii pars est. nam homo animalis pars est, Thebani aut Troiani genus; inv I 32. vincit: f. cedit. — 2. eadem res alii genus esse, alii pars potest, eidem genus esse et pars non potest; inv I 12. genus est omnium nimirum libidinum cupiditas: eius autem generis sine dubio pars est avaritia: inv I 32. f. 1. manant. subest.

II. **nach Verben**: 1. iudicialis (pars) [ipsa et] in duas tribuitur || distribuitur || partes, absolutam et adsumptivam; inv I 15. quodsi mundi partes natura administrantur; nat II 86. alteram partem causae sic agemus, ut vos doceamus, alteram sic, ut oremus; Cluent 3. amplector: f. I, 1. subest. qui cum rei publicae nullam umquam partem attigissent; Tusc IV 5. circumspicite omnes rei publicae partes; Cluent 147. multas esse video rei publicae partes constitutas; agr II 10. cum ego partem eius (Scauri) ornatissime defendissem; A IV 17, 4. ne, dum partem aliquam tuentur, reliquas deserant; of I 85. membratim oportebit partes rei gestae dispergere in causam; inv I 30. nec interea locupletare amicos umquam suos destitit, mittere in negotium, dare partes; Rab Post 4. habeo: f. I, 1. habet. oneris mei partem nemini impertio, gloriae bonis omnibus; Sulla 9. quae (sidera) aetheriam partem mundi incolant; nat II 43. cum intellegi volumus aliquid aut ex parte totum, ut pro aedificiis cum „parietes“ aut „tecta“ dicimus; aut ex toto partem, ut cum unam turmam „equitatum populi Romani“ dicimus; de or III 168. mortalium pars in hominum, pars in bestiarum genere numerantur || numeratur ||; inv I 35. filia sextam partem hereditatis ab Ligure petere coepit; Ver I 125. tu eam partem petisti, ut consiliis interesses; ep XV 15, 3. haec fuit eius partis, quam primam posui, forma atque discriptio; Ac I 23. f. I, 1. habet. quod omnes consulares partem istam subselliorum nudam atque inanem reliquerunt; Catil I 16. singulis perturbationibus partes eiusdem generis plures subiciuntur; Tusc IV 16. f. 5. duco ex. I, 1. manant. tertiam partem orbis terrarum se subegisse; Sex Rosc 103. huic generi Hermagoras partes quattuor supposuit, deliberativam, demonstrativam, iuridicialem, negotialem; inv I 12. a me pietatis potius quam defensionis, doloris quam ingenii partes esse susceptas; Sest 3. qui illam partem urbis tenerent; Ver V 98. modo (Aristoteles) alium quendam praeficit mundo eique eas partes tribuit, ut ..; nat I 33. f. absolvo. tueor: f. desero. — 2. qui (actor) est secundarum aut tertiarum partium; div Caec 48. si qui in seditione non alterius utrius partis fuisset; A X 1, 2. — 3. cur ratio (imperat) libidini ceterisque vitiosis animi partibus? rep III 36. — 4. ut corpora nostra sine mente, sic civitas sine lege suis partibus uti non potest; Cluent 146. — 5. si in ea parte, in qua hos animum adverteris, me videbis; Sulla 9. quod ex omnibus partibus cogitur; inv I 59. qui de sua parte decidit; Q Rosc 35. non de partibus iis (dici), in quibus aegritudines, irae libidinesque versentur; Tusc I 80. qui ab eorum (veteranorum) partibus dissentire videantur; A XV 5, 3. exordium in duas partes dividitur; inv I 20. ad orientesne partes, in quibus annos multos legatus fuit, exercitus duxit? Muren 89. ex parte ea, quae est subiecta generi, (sic argumenta ducuntur); de or II 168. quae (coniectura) in varias partes duci possit, non numquam etiam in contrarias; div II 147. quod in aliqua parte eluceat aliquando; orat 7. videmus in partibus mundi inesse sensum atque rationem; nat II 30. intellego ex: f. 1. intellego. huic (Aristoni) summum bonum est in his rebus neutram in partem moveri; Ac II 130. quae (hominis natura) summum bonum non in toto homine, sed in parte hominis poneret; fin IV 33. alteri sunt e mediis C. Caesaris partibus; Phil V 32. sum in: f. duco ad. tribuo in: f. 1. absolvo. venio iam ad ipsius populi partes; Planc 12. versor in: f. dico de. video in: f. animum adverto in.

III. **nach Adjectiven**: 1. Carneades nullius philosophiae partis ignarus; Ac I 46. — 2. quos suis partibus amicissimos esse intellegebat; Ver I 38. — 3. ut in iis rebus, inter quas nihil interest, neutram in partem propensiores sumus; fin V 30. terra sita in media parte mundi; nat II 91. si quid ab homine ad nullam partem utili detraxeris; of III 30.

IV. **nach Substantiven**: f. actor: vgl. II, 2. voluptates maioris partis animos a virtute detorquent; of II 37. summus artifex et mehercule semper partium in re publica tam quam in scaena optimarum; Sest 120. quodsi partium certamen esset, quarum omnino nomen exstinctum est; Phil XIII 47. sic mundi partium coniunctio continetur; nat II 84. discriptio, forma: f. II, 1. pono. partium distributio saepe [est] infinitior; Top 33. nomen: f. certamen. cuius partis nos vel principes numerabamur; Quir 13. quae vis et totius esset naturae et partium singularum; fin V 41. — 2. perspicuum est omnium rerum in contrarias partes facultatem ex isdem suppeditari locis; de or II 215. cum viderem ex ea parte homines; Quir 13.

V. **Umstand**: 1. lacrimae pueriles magnam partem tectis ac tenebris continebantur; Quir 8. cum magnam partem noctis vigilasses; div I 59. maximam partem ad iniuriam faciendam adgrediuntur, ut ..; of I 24. etsi afui magnam partem consulatus tui; ep IV 3, 1. res has non omnino quidem, sed magnam partem relinquere; ep IX 15, 3. — 2. si duabus partibus doceo te amplius frumenti abstulisse quam ..; Ver III 49. id continuo debet expletum esse omnibus suis partibus; fin III 32. haec partibus sunt innumerabilia, generibus pauca; de or II 289. multis partibus solem maiorem esse quam terram; Ac II 116. omnium bonorum virorum vitam omnibus partibus plus habere semper boni quam mali; fin V 93. cuius (solis) magnitudine multis partibus terra superatur; nat II 102. — 3. quod ab illa parte urbis navibus aditus ex alto et; Ver V 84. quae (virtutes) omnes similes artium reliquarum materia tantum ad meliorem partem et tractatione differunt; fin IV 4. haec ille et aliqua ex parte habebat et maiore ex parte se habere simulabat; Cluent 67. omnis amor tuus ex omnibus partibus se ostendit in iis litteris; ep V 15, 1. etsi ex parte magna tibi adsentior; A VII 3, 3. ut, quam in partem tu accipias, minus laborem; ep III 7, 6. in utramque partem de tuo officio disputari posse; ep XI 27, 8. id ego in eam partem accepi ..; A VIII 1, 1. quid in utramque partem mihi in mentem veniat, explicabo brevi; A VIII 3, 1. ita multa veniunt in mentem in utramque partem; A XIV 13, 4. in altera (parte) diligentia vestra nobis adiungenda est, in altera fides imploranda; Cluent 3. res se praeclare habebat, et quidem in utraque parte; fin IV 8. utinam ex omni senatu pro rata parte esset! rep II 67.

VI. **partim: a.** substantivisch: 1. quorum (locorum communium) partim habent vitiorum acrem quandam incusationem; de or III 106. eorum partim in pompa, partim in acie inlustres esse voluerunt; de or II 94. eorum (argumentorum) partim ita levia sunt, ut contemnenda sint, partim sunt eius modi, ut ..; de or II 308. bonorum partim necessaria sunt, partim non necessaria; part or 86. causarum partim in iudiciis versari, partim in deliberationibus; de or I 141. — 2. non necesse est fateri partim horum errore susceptum esse,

Digitized by Google

partim superstitione, multa fallendo? div II 83. — b. Adverb: 1. quae (sacella) maiores in urbe partim periculi perfugia esse voluerunt; agr II 36. bestiarum terrenae sunt aliae, partim aquatiles, aliae quasi ancipites in utraque sede viventes; nat I 103. — 2. aedilitatem duobus in locis, partim in arca, partim in hortis suis, conlocavit; dom 112. quae partim iam sunt, partim timeo ne impendeant; Phil I 13. cum partim e nobis ita timidi sint, ut . ., partim ita a re publica aversi, ut . .; Phil VIII 32. villas signis et tabulis refertas, partim publicis, partim etiam sacris et religiosis; leg III 31. cum amici partim deseruerint me, partim etiam prodiderint; Q fr I 3, 5. — 3. qui partim inertia, partim male gerendo negotio, partim etiam sumptibus in vetere aere alieno vacillant; Catil II 21. — 4. cum videmus multitudinem pecudum partim ad vescendum, partim ad cultus agrorum, partim ad vehendum, partim ad corpora vestienda; Tusc I 69.

parsimonia, Sparsamkeit: I. optimum et in privatis familiis et in re publica vectigal duco esse parsimoniam; rep IV 7. — II etsi meam in eo parsimoniam huius paginae contractio significat; A V 4, 4. — III. sunt pleraque apta huius ipsius oratoris parsimoniae; orat 84. — IV. vita haec rustica parsimoniae magistra est; Sex Rosc 75.

particeps, teilnehmend, teilhaft, Teilnehmer: 1. est quidam interiectus inter hos medius utriusque particeps vel utriusque, si verum quaerimus, potius expers; orat 21. qui huius coniurationis participes fuissent; Catil III 14. huius consilii non participem C. Verrem, sed principem fuisse; Ver I 45. si ego illos meorum laborum atque incommodorum participes esse nolui; prov 44. quae pars animi rationis atque intellegentiae sit particeps; div I 70. laborum: f. incommodorum. quoniam sententiae atque opinionis meae voluistis esse participes; de or I 172. qui animum in duas partes dividunt, alteram rationis participem faciunt ‖ [faciunt] ‖, alteram expertem; Tusc IV 10. f. intellegentiae. quoniam particeps tu factus es in turpissimo foedere summae religionis; inv II 92. sententiae: f. opinionis. ut (virtutes) omnes omnium participes sint nec alia ab alia possit separari; fin V 67. feci continuo omnes participes meae voluptatis; ep X 12, 2. — II. qui hereditatis diripiendiae participes fuissent; Ver IV 139.

participo, mitteilen, teilnehmen lassen: ad participandum alium alio communicandumque inter omnes ius nos natura esse factos; leg I 33.

particula, kleiner Teil, Stückchen: 1. qui omnes tenuissimas particulas ut nutrices infantibus pueris in os inserant; de or II 162. particulas ignis et terrae et aquae et animae a mundo mutuabantur; Tim 47. ut ne qua particula in hoc sermone praetermissa sit; rep I 38. — 2. cuicumque particulae caeli officeretur; de or I 179. — 3. cognoscis ex particula parva scelerum et crudelitatis tuae genus universum; Piso 85.

partim f. pars, VI.

partio, partior, teilen, zerlegen, einteilen, zuteilen: I, 1. spinas partiendi et definiendi praetermittunt; Tusc IV 9. — 2. qui ita partitur; inv I 32. partiatur in animum et corpus et extrarias res licebit; inv II 177. — II. partitur apud Terentium breviter et commode senex in Andria, quae cognoscere libertum velit; inv I 33. cum partirentur inter se, qui Capitolium, qui urbis portas occuparent; Phil XIV 15. — III. quae (actio) si partienda est in gestum atque vocem; Bru 141. qui (Hortensius) cum partiretur tecum causas; Bru 190. idem etiam genus universum in species certas partietur ac dividet; orat 117. neque ego hoc partiendae invidiae causa loquor; Sulla 9. (membra) paulo secus a me atque ab illo partita ac tributa; de or III 119. quasi (quattuor corpora) partita habeant inter se ac divisa momenta; Tusc I 40. pes, qui adhibetur ad numeros, partitur in tria; orat 188.

partite, mit bestimmter Einteilung: qui nihil potest partite, definite, destincte, facete dicere; orat 99.

partitio, Teilung, Einteilung, Verteilung: 1. quae partitio rerum distributam ‖ distributarum ‖ continet expositionem, haec habere debet: brevitatem, absolutionem, paucitatem; inv I 32. si qua in re discrepavit ‖ discrepuit ‖ ab Antonii divisione nostra partitio; de or III 119. recte habita in causa partitio inlustrem et perspicuam totam efficit orationem; inv I 31. expositae tibi omnes sunt oratoriae partitiones, quae quidem e media illa nostra Academia effloruerunt; part or 139. nobis commodior illa partitio videtur esse, quae in quinque partes tributa est, quam omnes ab Aristotele et Theophrasto profecti maxime secuti sunt; inv I 61. haec fere [est] partitio consultationum; part or 67. habet: f. continet. quae partitio, quid conveniat aut quid non conveniat, ostendit, haec debet illud, quod convenit, inclinare ad suae causae commodum; inv I 31. — II, 1. attulerat (Hortensius) partitiones, quibus de rebus dicturus esset; Bru 302. partitio causarum paulo ante in suasionis locis distributa est; part or 110. ambigui partitiones dividere; part or 139. expono: f. I. efflorescunt. quod Graecos homines partitionem iam quandam artium fecisse video; de or I 22. habeo: f. I. efficit. omitto gratulationes, epulas, partitionem aerarii; Sest 54. divisio (sic quaeritur) et eodem pacto partitio [sic]: triane genera bonorum sint; Top 83. partitionem horum reprehendunt; inv I 60. sequor, tribuo: f. I. est. — 2. partitione sic utendum est, nullam ut partem relinquas; Top 33. — 3. ex qua partitione tria genera causarum exstiterunt; part or 70. ut intellegatur, quid velimus inter partitionem et divisionem interesse; Top 34. in partitione quasi membra sunt, ut corporis caput, umeri; Top 30. — III. partitionum (definitio), cum res ea, quae proposita est, quasi in membra discerpitur; Top 28. partes eius (partitionis) sunt duae, quarum utraque magno opere ad aperiendam causam et constituendam pertinet controversiam; inv I 31. versabatur in his rationibus auctionis et partitionis; Caecin 13. — IV, 1. sin pars (quaeritur), partitione (explicanda est); de or II 165. hoc erat oratoris officium partitione tertium, genere maximum; Bru 198. — 2. hoc vitandum est, ne, cuius ‖ *rei* ‖ genus posueris, eius, sicuti aliquam diversam ‖ *rem* ‖ ac dissimilem partem ponas in eadem partitione; inv I 33. quas partes exposueris in partitione; inv I 98.

parturio, gebären wollen: I. qua (securitate) frui non possit animus, si tamquam parturiat unus pro pluribus; Lael 45. — II. quod conceptum res publica periculum parturit; Muren 84.

partus, Gebären, Geburt, Niederkunft, Zeugung, Leibesfrucht, Junges: I. quod ii (partus) maturescunt aut septem non numquam aut, ut plerumque, novem lunae cursibus; nat II 69. me Romae tenuit omnino Tulliae meae partus; ep VI 18, 5. — II, 1. quod partum sibi ipsa medicamentis abegisset; Cluent 32. si ferae partus suos diligunt; de or II 168. qui iuridetur, partus hic mulae nonne praedictus est ab haruspicibus incredibilis partus malorum? div I 36. Dionysius Babylonius partum Iovis ortumque virginis ad physiologiam traducens; nat I 41. — 2. adhibetur (Diana) ad partus; nat II 69. non (bestiae) pro suo partu ita propugnant, ut vulnera excipiant? Tusc V 79. — III. »nec tantum invexit tristis Eurystheus mali, quantum una vaecors Oenei partu edita«; Tusc II 20.

Digitized by Google

parvitas, Kleinheit: quae (vincula) cerni non possent propter parvitatem; Tim 47.

probo, prüfen, erproben, bewähren, anerkennen, billigen, genehmigen, gelten lassen, annehmbar, glaublich machen, beweisen, erweisen: I, 1. a. ad probandum duplex est oratori subiecta materies; de or II 116. — b. probandi species est, percipiendi signum nullum habemus; Ac II 111. — 2. nec dico temporis causa, sed ita plane probo; Ac II 113. — II, 1. de te, Catilina, cum quiescunt, probant; Catil I 21. — 2. qui probari potest, ut sibi mederi animus non possit? Tusc III 5. — 3. nihil factum esse cuiquam probatur, nisi aliquid, quare factum sit, ostenditur; inv II 19. cum graviter ex intestinis laborarem neque iis me probarem non valere; ep VII 26, 1. (magistri) probaverunt mihi sese, quo minus id facerent, impediri; ep XII 30, 5. — III. qua in legatione et civibus et sociis ita se provavit, ut ..; Ligar 2. Pompeium quod una ista in re non ita valde probas; leg III 26. ut, quod in universo sit probatum, id in parte sit probari necesse; orat 45. si dignitas est bonis viris probare, quod sentias; ep IV 14, 1. sic ei probatum est, quod ad te scribo, ut ipse crediderit; A XVI 5, 2. qui ita vivunt, ut eorum probetur fides, integritas, aequitas, liberalitas; Lael 19. aut iustitiam aut amicitiam propter utilitates asciscì aut probari; fin III 70. qui (auctores) a te probantur; A VIII 14, 2. probabit fidem et auctoritatem et religionem suam L. Suetius; Ver I

Digitized by Google

14. si modo te posses docere emisse, facile, cui velles, tuam causam et factum probares; Ver IV 28. vide, hanc conclusionem probaturusne sis; Ac II 96. ut sua consilia optimo cuique probarent; Sest 96. subgrande cubiculum et hibernum alterum ‖ altum ‖ valde probavi; Q fr III 1, 2. putabam non solum notis, sed etiam ignotis probatam meam fidem esse et diligentiam; Ver I 19. cum sint, qui omnino nullam divinationem probent; div I 113. factum: f. causam. fidem: f. aequitatem, auctoritatem, diligentiam. cum videatis egentem, probatum suis filium; Sex Rosc 152. mihi monstrum videbatur civitatum frumentum improbare, suum probare; Ver III 171. si ullum probarem simplex rei publicae genus; rep II 43. quicquid de homine probando aut improbando dicitur; inv II 110. ceterarum homines artium spectati et probati; de or I 124. hominem probo; A X 17, 1. integritatem: f. aequitatem. illud unum derectum iter ad laudem cum labore qui probaverunt; Cael 41. iustitiam: f. amicitiam. liberalitatem: f. aequitatem. quos (libros) tibi valde probabo; A IV 14, 1. cur animi medicina nec tam multis grata et probata (sit); Tusc III 1. illius fani antistitae, probatae ac nobiles mulieres; Ver IV 99. qui facile officium suum et praestare et probare possunt; Font 18. probabilis orator, iam vero etiam probatus; Bru 263. tamquam ad picturam probandam adhibentur etiam inscii faciendi; opt gen 11. quorum ratio mihi probatur; fin III 16. religionem: f. auctoritatem. qui (Carneades) nullam umquam rem defendit, quam non probarit; de or II 161. qui poterat salus sua cuiquam non probari? Milo 81. quarum (sententiarum) nullam probo; Lael 56. haec sententia sic et illi et nobis probabatur, ut . .; ep I 7, 5. ut vel severissimis disceptatoribus M. Caelii vitam me probaturum esse confidam; Cael 35. — IV. eumne testem improbabit, quem iudicem probarit? Q Rosc 45.

probrosus, schimpflich: de quo vos homine ne ab inimicis quidem ullum fictum probrosum non modo crimen, sed ne maledictum quidem audistis; Font 37.

probrum, Schimpf, Schmach, Vorwurf: I. 1. multis probris obiectis; de or II 285. — 2. si illis iniuria inimicorum probro non fuit; dom 87. — 3. cum artem ludicram scaenamque totam in probro ducerent; rep IV 10. — II. epistulas mihi legerunt plenas omnium in me probrorum; A XI 9, 2. — III. in falsam atque iniquam probrorum insimulationem vocabatur; Font 33. — IV, 1. Hermippum probris omnibus maledictisque vexat; Flac 48. — 2. nisi sumptus effusi cum propro (proferantur): Sex Rosc 68.

probus, tüchtig, gut, brav, rechtschaffen, sittsam, bescheiden: A. facere probus adulescens periculose quam perpeti turpiter maluit; Milo 9. in ipso ioco aliquod probi ingenii lumen eluceat; of I 103. si (sapiens) proficiscatur probo navigio; Ac II 100. qui (poëta) peccat etiam, cum probam orationem adfingit improbo; orat 74. sin probae res; orat 170. pulsus est molestior rex et probior et integrior; A X 7, 1. ut probi, ut bene morati, ut boni viri esse videantur; de or II 184. — B, a, I. considera, quis quem fraudasse dicatur: probus improbum; Q. Rosc. 21. — II, 1. quae (lex) neque probos frustra iubet aut vetat; rep III 33. — 2. ea omnia, quae proborum, demissorum sunt; de or II 182. — 3. ut (ista) et ‖ etiam ‖ improbi habeant et absint probis; par 7. — b. quod insit in iis aliquid probi, quod capiat ignaros; of III 15.

procacitas, Begehrlichkeit, Zudringlichkeit: a procando, id est poscendo, procacitas nominata est; rep. IV 6.

procax, frech, dreist, zudringlich: scio te non esse procacem in lacessendo; ep VII 13, 2. mihi procax Academia videbitur si . .; nat I 13. temeraria, procax, irata mulier; Cael 55.

procedo, gehen, vortreten, auftreten, erscheinen, vorrücken, fortschreiten, Fortschritte machen, von statten gehen, glücken: I. si non longius, quam ‖ quoad ‖ opus est, in narrando procedetur; inv. I 28. — II. is processisset honoribus longius, nisi . .; Bru 180. L. Cotta dicendi non ita multum laude processerat; Bru 137. quantum (Isocrates) aetate procedebat; orat 176. in portum Corcyraeorum ad Cassiopen stadia CXX processimus; ep XVI 9, 1. ut omnia prospere procedant; ep XII 9, 2. quid agam nunc, cui nihil procedit? A X 12, 1. (Phalereus adulescens) processerat in solem et pulverem ut e Theophrasti umbraculis; Bru 37. huic ad urbem venienti tota obviam civitas processerat; Sest 68. non numquam summis oratoribus non satis ex sententia eventum dicendi procedere; de or I 123. haec tibi laudatio procedat in numerum; Ver IV 20. illi ipsi in medium coacervati ‖ conservati ‖ loci procedent; inv II 46. quoniam huius voluminis magnitudo longius processit; inv I 109. pergit in me maledicta, quasi vero ei pulcherrime priora processerint; Phil XIII 14. ut ratione et via procedat oratio; fin I 29. non imitor λακωνισμὸν tuum; altera iam pagella procedit; ep XI 25, 2. aut non respondendo aut male respondendo longius rogationem procedere non sinit; inv I 54. — III. biennium praeteriit, cum ille Καλλιππίδης adsiduo cursu cubitum nullum processerat ‖ processerit ‖; A XIII 12, 3. etsi aliquantum iam viae processero; A VI 5, 1.

procella, Sturm: I. multo ante prospexi, quanta impenderet procella, rei publicae; har resp 4. »fulix nuntiat horribiles clamans instare procellas«; div I 14. — II. ut procellam temporis devitaret; Ver pr 8. procellae, turbines dei putandi; nat III 51. — III em ‖ en ‖ causam, cur lex tam egregia maximo imbri, tempestate, ventis, procellis, turbinibus feretur; Phil V 15.

procer, Vornehmster, Aristokrat: audiebam nostros proceres clamitantes . .; ep XIII 15, 1.

procere, ausgestreckt: brachium procerius proiectum; de or III 220.

proceritas, hoher Wuchs, Länge: I. candor huius te et proceritas pepulerunt; Cael 36. — II. cum admiraretur Lysander proceritates arborum; Cato 59. — III. fluit omnino numerus a primo tum incitatius brevitate pedum, tum proceritate tardius; orat 212.

procerus, hoch, schlank, lang: erat eo tempore procerum et tenue collum; Bru 313. anapaestus, procerior quidam numerus; de or III. 185. inter has procerissimas populos; leg I 15. cum (ibes) sint aves excelsae, corneo proceroque rostro; nat I 101. »procera Vincla videbis«; nat II 114.

processio, Vorrücken: ut ex iis locis a militibus nostris reditus magis maturus quam processio longior quaereretur; imp Pomp 24.

processus, Fortschritt, Fortgang: quod gradus tuos et quasi processus dicendi studeo cognoscere; Bru 232. (C. Piso) tantos processus efficiebat, ut evolare, non excurrere videretur; Bru 272. iam favet processumque vult; orat 210.

procinctus, Kampfbereitschaft: I. ex quo in procinctu testamenta perierunt; nat II 9. — II. tamquam in procinctu testamentum faceret sine libra atque tabulis; de or I 228.

proclamo, laut rufen: parentes propinquique miserorum adulescentium adsunt, defendunt, proclamant; Ver V 108.

proclivi, abwärts, leicht: proclivi currit oratio; fin V 84. brevitate et celeritate syllabarum labi putat verba proclivius; orat 191.

proclivis, abschüssig, abwärts, geneigt, bereitwillig, leicht: A. ut sit alius ad alios motus per-

Digitized by Google

turbationesque proclivior; Tusc IV 81. dictu est proclive; of II 69. adulescentiam procliviorem esse ad libidinem; part or 34. amicitia remissior esse debet et ad omnem comitatem facilitatemque proclivior; Lael 66. illud alterum litterarum genus cotidie mihi fiet proclivius; ep VI 10, 6. — B. ut anteponantur proclivia laboriosis; Top. 69.

proclivitas, Geneigtheit: I. haec aliorum ad alios morbos proclivitas late patet; Tusc IV 27. — II. haec proclivitas ad suum quodque genus a similitudine corporis aegrotatio dicatur; Tusc IV 28.

proco, verlangen: a procando, id est poscendo procacitas nominata est; rep IV 6.

proconsul, Proconsul: I. quam multi anni sunt, cum bella a proconsulibus et a propraetoribus administrantur, qui auspicia non habent! div II 76. cum proconsul in Ciliciam proficiscens venissem Athenas; de or I 82. — II. in Africam profectus est (M. Caelius), P. Pompeio proconsuli contubernalis; Cael 73. — III a: f. I. habent.

procrastinatio, Vertagung, Aufschub: plerisque in rebus gerendis tarditas et procrastinatio odiosa est; Phil VI 7.

procrastino, vertagen, aufschieben: I. iste non procrastinat; Ver I 141. — II. rem procrastinare isti coeperunt; Sex Rosc 26.

procreatio, Hervorbringung, Zeugung: I. quae procreatio vitis aut arboris tantam naturae sollertiam significat, quantam ipse mundus? nat II 85. — II. dissimilitudo locorum nonne dissimiles hominum procreationes habet? div II 96. — 3. quem ad modum volucres videmus procreationis atque utilitatis suae causa construere nidos; de or II 23.

procreator, Erzeuger, Urheber: I. animum cum ille procreator mundi deus ex sua mente genuisset; Tim 26. — II. ut ii, qui procreati essent, a procreatoribus amarentur; fin IV 17.

procreatrix, Erzeugerin: omnium laudatarum artium procreatricem quandam et quasi parentem eam, quam φιλοσοφίαν Graeci vocant, ab hominibus doctissimis iudicari; de or I 9.

procreo, hervorbringen, erzeugen, erschaffen, zeugen, gebären: I. 1, a. quae (seminum vis) ad gignendum procreandumque plurimum valeat; div II 94. — b. cum sit hoc natura commune animantium, ut habeant libidinem procreandi; of I 54. — 2. violatur is, qui procreavit, is, qui aluit, is, qui erudivit; par 25. — II. quodsi non ex ea (Cornelia Ti. Gracchus) duos Gracchos procreasset; inv I 91. quae (bestiae) procreaverunt; nat II 129. sic deus ille aeternus hunc perfecte beatum deum procreavit; Tim 21. quae multiplices fetus procreant, ut sues, ut canes; nat II 128. ubi cum de matre familias Tarquiniensi duo filios procreavisset; rep II 34. hominum societas et communitas iustitiam procreavit; nat III 38. qui neque procreare iam liberos possit; dom 34. quae (terra) ex stirpium minutissimis seminibus tantos truncos ramosque procreet; Cato 52. — III. idcirco singularem deus hunc mundum atque unigenam procreavit; Tim 12.

procudo, schmieden, bilden: non solum acuenda nobis neque procudenda lingua est, sed . .; de or III 121.

procul, fern, weit, in, aus der Ferne: I. ut non procul abhorreat ab insania; Sex Rosc 68. te quasi quidam aestus ingenii tui procul a terra abripuit; de or III 145. procul aberam ab re ipsa et a locis; ep III 5, 4. si palam audire eos non auderes, procul, quid narrarent, attendere; de or II 153. procul a terris id evenit; Tusc I 42. quam procul a suspicione fugit! agr III 6. cuicumque particulae caeli officeretur, quamvis esset procul, mutari lumina; de or I 179. non procul a suis finibus exercitum populi Romani esse; ep XV 2, 2. qui haec procul videat; Bru 290. — II. quae est alia fortitudo nisi animi adfectio procul ab omni metu? Tusc V 41.

procuratio, Besorgung, Verwaltung, Sühnung: I. dum me rei publicae non solum cura, sed quaedam etiam procuratio tenebat; Ac I 11. — II, 1. mihi sacrarum aedium procurationem esse commissam; Ver V 36. ut sue plena procuratio fieret; div I 101. nullam habere rerum humanarum procurationem deos; nat I 3. mearum reliquarum rerum maximeque existimationis meae procurationem susceptam velim habeas; ep XV 13, 3. — 2. huic procurationi certum magistratum praefecerat; leg II 66. — 3. quod in annonae caritate quaestorem a sua frumentaria procuratione senatus amovit; har resp 43. philosophiam nobis pro rei publicae procuratione substitutam putabamus; div II 7. cum ad eius (annonae) procurationem Pompeius vocaretur; A IV 1, 6. — III. si est idem in procuratione civitatis egregius; de or I 215. — IV. quaestoriae tuae procurationis illa sunt nomina; Ver I 99.

procurator, Verwalter, Geschäftsführer, Anwalt, Stellvertreter: I, 1. non alia ratio iuris (est), utrum me tuus procurator deiecerit, is qui legitime procurator dicitur omnium rerum eius, qui in Italia non sit, hoc est alieni iuris vicarius, an tuus colonus aut vicinus; Caecin 57. et si † fortasse ego a te huius voluntarius procurator petam, quod . .; Bru 17. procuratores postulant, ut ex lege Rupilia dicam scribi iubeat; Ver II 59. interea T. Roscius, procurator Chrysogoni, Ameriam venit; Sex Rosc 23. — 2. non quo omnes sint aut appellentur procuratores, qui negotii nostri aliquid gerant; Caecin 57 (56). — II, 1. appello: f. I, 2. commendo tibi eius (Trebonii) procuratores; ep I 3, 2. dico: f. I, 1. deicit. sit oppositus bonus et sapiens quasi tutor et procurator rei publicae; rep II 51. — 2. si mandandum (sit) aliquid procuratori de agri cultura; de or I 249. — 3. dum a Dolabellae procuratoribus exigam primam pensionem; ep VI 18, 5. — III. summe constat procuratoris diligentis officium: Quinct 61.

procuratrix, Pflegerin: cum sapientiam totius hominis custodem et procuratricem esse vellent; fin IV 17.

procuro, besorgen, verwalten, sühnen: I. »quibus divis (haruspices) creverint, procuranto«; leg II 21. — II. in quo (rei publicae statu) etiamsi nihil procuro, tamen nihil curare vix possum; Q fr III 9, 3. procura, quantulacumque est, Precianam hereditatem; A VI 9, 2. monstris interpretandis ac procurandis; div I 3. is (T. Pinarius) procurat rationes negotiaque Dionysii nostri; ep XII 24, 3. quae (negotia) procurant liberti; ep XIII 33. in pecunia maxima procuranda; Font 5. rationes: f negotia. omnia levius casura rebus divinis procuratis; div II 25.

procus, Freier, Bewerber: I. „centuriam fabrum“ et „procum“, ut censoriae tabulae loquuntur, audeo dicere, non „fabrorum“ aut „procorum“; orat 156. — II. hos ignotos atque impudentes procos repudiemus; Bru 330. — III. quae in procorum epulis canuntur; Bru 71.

prodeo, hervorgehen, hinausgehen, auftreten, sich zeigen: I. prodeundi tibi in publicum potestatem factam negas; Ver I 80. — II. esse nuntiatum Simonidi, ut prodiret; de or II 353. ne extra modum sumptu et magnificentia prodeas; of I 140. an ego tibi obviam non prodirem? ep III 7, 4. scio equidem te in publicum non prodire; A VIII 11, 7. videsne, quam ea (eloquentia) sero prodierit in lucem? Bru 39. permagnum existimans tres Olympionicas una e domo prodire; Tusc I 111. quae (oratio) non sit foras proditura nisi re publica recuperata; A XV 13, 7. quae (res) non prodeunt

Digitized by Google

in aciem; ep VI 1, 5. — III. si testis prodierit (Capito); Sex Rosc 84.

prodico, festsetzen, verschieben: I. f. **prodigium,** II. dico. — II. prodicta dies est in VIII Idus Febr.; Q fr II 3, 1. Clodius in Quirinalia prodixit diem; Q fr II 3, 2.

prodige, verschwenderisch: non possunt non prodige vivere; Phil XI 13.

prodigium, Wunder, Wunderzeichen, Ungeheuerlichkeit, Ungeheuer: I, 1. multa saepe prodigia vim eius (Cereris) numenque declararunt; Ver IV 107. — 2. mihi prodigium videbatur civitatum frumentum improbare, suum probare; Ver III 171. — II. hominibus ea ostendi, monstrari, portendi, praedici; ex quo illa „ostenta, monstra, portenta, prodigia" dicuntur; nat II 7. quia ostendunt, portendunt, monstrant, praedicunt ‖ prodicunt ‖, ostenta, portenta, monstra, prodigia dicuntur; div I 93. habebam inimicum non C. Marium, sed duo importuna prodigia; Sest 38. quod prodigium in provinciam misimus? Ver IV 47. — III. quod (maleficium) ita raro exstitit, ut prodigii simile numeretur; Sex Rosc 38. — IV. sive prodigiis atque portentis di immortales nobis futura praedicunt; Phil IV 10.

prodigus, verschwenderisch: quorum (largorum) alteri prodigi, alteri liberales, prodigi, qui epulis et viscerationibus pecunias profundunt; of II 55.

proditio, Verrat: I. hinc patriae proditiones nasci; Cato 40. — II. multorum in nos perfidiam, insidias, proditionem notabis; ep V 12, 4. — III. quid egit nisi uti falsam proditionis a se suspicionem depelleret? Phil XII 6. ut capta res publica consulum proditione teneretur; dom 129.

proditor, Verräter: I. sedentibus in templo duobus proditoribus huius civitatis; Vatin 18. — II, 1. qui duo nefarios patriae proditores legibus exterminarat; Vatin 25. — 2. nemo umquam sapiens proditori credendum putavit; Ver I 38. — III. saturavi perfidiam et scelus proditorum; dom 44. nemo parricidae aut proditoris supplicio misericordia commovetur; Tusc IV 18.

prodo, aufstellen, ernennen, übergeben, überliefern, preisgeben, verraten: I. ut poëtae tragici prodiderunt; of III 97. — II, 1. quid cuique significaretur, (Assyrii) memoriae prodiderunt; div I 2. — 2. quia memoria ‖ memoriae ‖ sic esset proditum, ei nullum esse postliminium; de or I 181. si memoriae proditum est poëtas nobiles poëtarum aequalium morte doluisse; Bru 3. — 3. quem exstet et de quo sit memoriae proditum eloquentem fuisse; Bru 57. — III. cum amici partim deseruerint me, partim etiam prodiderint; Q fr I 3, 5. si me a meis consiliariis proditum et proiectum vides; A III 19, 3. ne meos omnes tam temere proderem; A X 9, 2. qui (maiores) sacra, qui caerimonias, qui auspicia et ipsi sanctissime coluerunt et nobis suis posteris prodiderunt; Milo 83. in verborum errore versari, rem et causam et utilitatem communem non relinquere solum, sed etiam prodere; Caecin 50. quod classem praedonibus prodidissent; Ver V 106. qui quaestor consulem suum prodere ausus sit; Ver III 6. scelus dicebas esse dogma prodere; Ac II 133. in virorum fortium factis memoriae prodendis; ep VI 12, 5. illo ipso die Lanuvii a dictatore Milone prodi flaminem necesse esse; Milo 46. ea (gloria) est prodenda liberis nostris; Q fr I 1, 44. cuius (Lacedaemonii) ne nomen quidem proditum est; Tusc I 100. ut peccatum est patriam prodere; fin III 32. rem: f. causam. sacra f. auspicia. sermonem P. Crassi memoriae prodamus; de or III 14. urbem philosophiae proditis, dum castella defenditis; div II 37. utilitatem: f. causam.

prodromus, Bote, Kurier, Nordwind: mihi Pompeiani prodromi nuntiant aperte Pompeium acturum . .; A I 12, 1. magis commode quam strenue navigavi; remis enim magnam partem, prodromi nulli; A XVI 6, 1.

produco, vorführen, einführen, auftreten lassen, üben lassen, hinhalten, vorziehen, auszeichnen, verlängern, ausdehnen: I. condicionibus hunc, quoad potest, producit; Quinct 30. qui capitibus involutis in piratarum captivorum numero producebantur, ut securi ferirentur; Ver V 156. a quibus producti sunt, exsistunt eorum ipsorum tyranni; rep I 68. cuius rei non nullam consuetudinem nactus sum in hoc horum dierum otio Cicerone nostro minore producendo; Q fr II 12, 2. longum est, quod pluribus verbis aut sententiis ultra quam satis est producitur; inv I 26. productiora aliqua (sentit) et quasi immoderatius excurrentia; orat 178. ista dicam Graece προηγμένα, Latine autem „producta"; fin IV 72. eadem Stoici „praecipua" vel producta" dicunt, quae „bona" isti; Tusc V 47. tu in iudicium archipiratam domo producere ausus es; Ver V 136. harum rerum omnium auctores testesque produco; Ver V 131. cives Romanos ad necem producere instituit; Ver V 157. quod (convivium) ad multam noctem vario sermone producimus; Cato 46. „indoctus" dicimus brevi prima littera, „insanus" producta; orat 159. nomen productum, ut Portunus a portu, sic Neptunus a nando paulum primis litteris immutatis; nat II 66. regem ipsum quasi productum esse ad dignitatem (id est enim προηγμένον); fin III 52. hunc ipsum sermonem produxi longius; Bru 251. extrema (syllaba) producta atque longa; de or III 183. testes: f. auctores. quamquam Varro vitam Naevii producit longius; Bru 60. — II. cum ego P. Granium testem produxero; Ver V 154.

producte, gedehnt: „indoctus" dicimus brevi prima littera, „insanus" producta, „inhumanus" brevi, „infelix" longa. et, ne multis, quibus in verbis eae primae litterae sunt, quae in „sapiente" atque „felice", producte dicitur, in ceteris omnibus breviter; orat 159.

productio, Verlängerung, Dehnung: I. in quo („postliminio") Servius nihil putat esse notandum nisi „post", et „liminium" illud productionem esse verbi vult; Top 36. — II. ut aut contractione brevius fieret aut productione longius; de or III 196. quem ad modum oportunitas non fit maior productione temporis; fin III 45.

proëgmena, vorzuziehende Dinge: ne hoc „ephippiis" et „acratophoris" potius quam „proëgmenis" et „apoproëgmenis" concedatur; fin III 15.

proelior, kämpfen, ein Treffen liefern: I. quamquam paratissimos milites ad proeliandum videant; Phil IV 11. — II. sic acriter et vehementer proeliatus sum, ut . .; A I 16, 1.

proelium, Kampf, Treffen, Gefecht: I, 1. pullarius diem proelii committendi differebat; div I 77. cum (Salinator) multa ex ea (arce) proelia praeclara fecisset; de or II 273. ut caveat, ne proelium ineat; of I 37. Thucydides res gestas et bella narrat et proelia; orat 30. quod scribis proelia te mea causa sustinere; ep IX 11, 2. — 2. hunc acerrimis illis proeliis et maximis, Sucronensi et Turiensi, interfuisse; Balb 5. — 2. ut alius inter manus e convivio tamquam e proelio auferretur; Ver V 28. — II. cum proelii certamen varium atque anceps fuisset; rep II 13. vidimus tuam victoriam proeliorum exitu terminatam; Marcel 17. semper incerti exitus proeliorum sunt; ep VI 4, 1. — III, 1. cum acerrimis nationibus proeliis felicissime decertavit; prov 33. magnas hostium copias multis proeliis esse deletas; imp Pomp 21. cum A. Postumius proelio dimicaret; nat II 6. a quo Caudino proelio consules superati sunt; Cato 41. — 2. Cimbri et Celtiberi in proeliis exsultant; Tusc II 65.

profanus, ungeweiht: cum omnia victoria illa sua profana fecisset; Ver IV 122. ex quo fore-

Digitized by Google

in liminibus profanarum aedium „iannae“ nominantur; nat II 67. sacer an profanus locus sit; inv I 38. cum (L. Mummius) Thespiadas ceteraque profana ex illo oppido signa tolleret; Ver IV 4.

profectio, Reise, Abreise, Abzug, Herkunft: I. profectio voluntatem habuit non turpem, remansio necessitatem etiam honestam; Ligar 4. — II. profectio ipsius pecuniae requiratur; Cluent 82. sin illam miseram profectionem vestrae salutis gratia suscepissem; Quir 1. — III. invenitur dies profectionis pridie Kal. Februarias; Quinct 57. — IV. inter profectionem reditumque L. Sullae; Bru 227. eius modi tempora post tuam profectionem consecuta esse, ut . .; ep I 5, a, 1.

profecto, fürwahr, wahrlich, sicherlich, in der Tat: I. profecto hinc natum est: malo emere quam rogare; Ver IV 12. profecto satis erit non surdum iudicem huic muneri praeesse; Font 25. erit profecto inter horum laudes aliquid loci nostrae gloriae; Catil IV 21. non temere creati sumus, sed profecto fuit quaedam vis, quae . .; Tusc I 118. nosti enim profecto os illius adulescentioris Academiae; ep IX 8, 1. — II. profecto ne conatus quidem esset dicere; Cluent 160. nec profecto nobis delectatio deerit; leg I 14. quis audiret? nemo profecto; Balb 16. hi sunt di et homines, quibus profecto nihil est melius; nat II 133. quod ego profecto non crederem; Font 33. omnibus enim ex animi perturbationibus est profecto nulla vehementior; Tusc IV 75. profecto numquam iste tam amens fuisset; Ver III 89.

profero, herbeibringen, hervorbringen, vorrücken, ausdehnen, verschieben, vertagen, vorbringen, erwähnen, bekannt machen: I. ne quid sentiam quidem profero; agr II 41. — II. quin in dicendo excellentes vix paucos proferre possimus; de or I 7. vis aliquid isdem de rebus politius a nobis perfectiusque proferri; de or I 5. quae (ars memoriae) tum primum proferebatur; de or II 299. paulum proferant auctionem; A XIII 12, 4. quae causa inimicitiarum proferatur; div Caec 55. an in commentariolis et chirographis se uno auctore prolatis, ne prolatis quidem, sed tantum modo dictis acta Caesaris firma erunt? Phil I 16. illa commentatio inclusa in veritatis lucem proferenda est; de or I 157. quodsi laxius volent proferre diem, poterunt vel biduum vel triduum; A XIII 13, 4 (14, 1). recens exemplum fortissimi viri profero; Ver I 56. (Vidius) profert expensum Niciae; ep IX 10, 1. inventum proferent, non expolitionem; inv I 75. nec fabellas aniles proferas; nat III 12. quod turpissimum illud facinus in medium protulit; Ver pr 29. quid (Cn. Flavius) profecit, quod protulit fastos? A VI 1, 8. qui agri fines armis proferre mallet quam iure defendere; Tul 14. illi ad deprecandum periculum proferebant alii purpuram Tyriam, tus alii atque odores vestemque linteam, gemmas alii et margaritas; Ver V 146. si eorum (adversariorum) inertia, neglegentia, ignavia, desidiosum studium et luxuriosum otium proferetur; inv I 22. inventum: f. expolitionem. quam multa ioca solent esse in epistulis, quae prolata si sint, inepta videantur! Phil II 7. deorum immortalium iudicia solent in scholis proferre de morte; Tusc I 113. leges Semproniae proferentur; Phil I 18. tuas litteras non proferam; Phil II 9. margaritas: f. gemmas. neglegentiam, otium: f. ignaviam. odores: f. gemmas. orationem tibi misi. eius custodiendae et proferendae arbitrium tuum; A XV 13, 1. purpuram: f. gemmas. se ante id tempus eam rem numquam in medium protulisse; ep XV 2, 6. res prolatae; ad interregnum comitia adducta; Q fr III 8, 4. qui legari noluerim ante res prolatas; A XIV 5, 2. multa etiam sunt a te ex historiis prolata somnia; div II 136. studium: f. ignaviam. et prolatis et non prolatis tabulis; Ver IV 43. tus, vestem: f. gemmas. quid furiosam vinulentiam tuam proferam? Phil II 101. — III. quoniam quidem tu Fabricios mihi auctores protulisti; de or II 290.

professio, Bekenntnis, Angabe, Vermögensangabe, Anmeldung, Geschäft, Beruf: I. quamquam professio ipsa bene dicendi hoc suscipere ac polliceri videtur, ut . .; de or I 21. — II, 1. tu vero confice professionem, si potes; etsi haec pecunia ex eo genere est, ut professione non egeat; ep XVI 23, 1. recita professiones sationum; Ver III 102. semelne putas mihi dixisse Balbum et Faberium professionem relatam? A XIII 33, 1. — 2. egeo: f. 1. conficio. — III. in eum iudicium de professione iugerum postulabatur; Ver III 39.

proficio, bewirken, ausrichten, nützen: I. quamquam profecerunt litterae tuae, tamen . .; ep XV 14, 1. — II. quid erit profectum, nisi ut huius mors sepulcro patris privata esse videatur? Cluent 201. — III. in quo gravitas et auctoritas est, plus proficit ad misericordiam commovendam quam humilitas et obsecratio; inv I 109. nulla res tantum ad dicendum proficit, quantum scriptio; Bru 92. ubi (ea) plurimum proficere et valere possent; Bru 139. si quid agere aut proficere vis; div Caec 39. contentio tam diu sapiens est, quam diu aut proficit aliquid aut, si non proficit, non obest civitati; Balb 60. non nihil ut in tantis malis est profectum; ep XII 2, 2. quid (Cn. Flavius) profecit, quod protulit fastos? A VI 1, 8. multum profeci, sed quantum, non plane, quia longe absum, scio; A VI 2, 7. qui, ut aliud nihil, hoc tamen profecit, dedit illi dolorem; A VII 13, 1.

proficiscor, aufbrechen, abgehen, abreisen, abfahren, ausziehen, reisen, fortfahren, übergehen, ausgehen, herrühren: I. doctissimis viris proficisci placuit a lege; leg I 18. — II. ipsi gerere quam personam velimus, a nostra voluntate proficiscitur; of I 115. — III. quam (partitionem) omnes ab Aristotele et Theophrasto profecti maxime secuti sunt; inv I 61. proficisci ordine ad reliqua pergemus; inv I 77. a philosophia profectus princeps Xenophon; de or II 58. quod C. Caesar Galliae provinciae cum exercitu subsidio profectus sit; Phil V 46. neque tum (Regulus) ignorabat se ad crudelissimum hostem et ad exquisita supplicia proficisci; of III 100. te iam ex Asia Romam versus profectum esse; ep II 6, 1. se de nocte proficisci; A V 13, 1. etsi poteram remanere, tamen proficiscar hinc, ne relictus videar; A XIII 26, 2. ille quid agat, si scis nequedum Roma es profectus; A XIV 10, 4. ut ex medicina nihil oportet putare proficisci, nisi quod ad corporis utilitatem spectet; inv I 68. quae proficisci ab ostentatione magis quam a voluntate videantur; of I 44. iis (animis) ad illos (deos), a quibus essent profecti, reditum facilem patere; Tusc I 72. cum ad idem, unde semel profecta sunt, cuncta astra redierint; rep VI 24. ad P. Lentuli auctoritatem a senatu profectam Roma contenderat; Rab Post 21. cum classis Syracusis proficiscebatur; Ver V 111. ut consules, alter ambove, ad bellum proficiscerentur; Phil VII 11. quae est ista a deis profecta significatio et quasi denuntiatio calamitatum? div II 54. an Achivorum exercitus et tot navium rectores non ita profecti sunt ab Ilio, ut . .? div I 24. omnis institutio debet a definitione proficisci; of I 7. mathematici, poëtae, musici, medici denique ex hac tamquam omnium artificum ‖ artium ‖ officina profecti sunt; fin V 7. ea (pecunia) quaeritur unde profecta sit, ab accusatore an ab reo; Cluent 81. poëtae: f. mathematici. omnes potestates ab universo populo Romano proficisci convenit; agr II 17. rectores: f. exercitus. significatio: f. denuntiatio. supplicia, quae a legibus

Digitized by Google

proficiscantur; inv II 138. — IV. (L. Lucullus) in Asiam quaestor profectus; Ac II 1.

profiteor, bekennen, gestehen, erklären, nennen, anbieten, antragen, zusagen, verheißen, angeben, anmelden: I. quod ex edicto professus non esset; Ver III 39. cum contra fecerint quam polliciti professique sint; leg II 11. recita, quot (aratores) anno tertio profiteantur; Ver III 120. — II, 1. de te tu videris, ego de me ipse profitebor; Phil II 118. nihil excipit, de quo non profiteatur; Ac II 73. — 2. ut apud eosdem decemviros, quantum habeat praedae, profiteatur; agr II 59. — 3. de qua (re) se non omnia profiteantur esse dicturos; de or I 103. magnum est onus suscipere atque profiteri se esse audiendum; de or I 116. quoniam hic, quod mihi deberetur ‖ debetur ‖, se exacturum professus est; Bru 19. aliqui se Thucydidios esse profitentur; orat 30. — III. ista tanta tamque multa profitenda non censeo; de or I 44. (philosophus) artem vitae professus; Tusc II 12. ut aratores iugera sationum suarum profiterentur; Ver III 38. talem medicinam philosophia profitetur; Tusc II 43. ut ad ea (signa) tollenda operam suam profiteretur; Ver II 85. cum tantas res Graeci susciperent, profiterentur, agerent; de or II 153. huic studio litterarum, quod profitentur ei, qui grammatici vocantur; de or I 10. ego tibi profiteor atque polliceor eximium et singulare meum studium in omni genere officii; ep V 8, 4. — IV. qui profitentur se dicendi magistros; de or III 92. tibi me profiteor in re publica socium; ep III 13, 2.

profligo, niederwerfen, vernichten, part. ruchlos: quanto tandem illum maerore esse adflictum et profligatum putatis? Catil II 2. expugnare urbes, aciem hostium profligare, sunt ea quidem magna; Rab Post 42. qui profligato bello ac paene sublato renovatum bellum gerere conamur; ep XII 30, 2. numquam me in hos profligatorum hominum cotidianos impetus obiecissem; Arch 14. ita de me illum amentissimum et profligatissimum hostem pudoris scripsisse, ut . .; Sest 73. profligata iam haec et paene ad exitum adducta quaestio est; Tusc V 15. cum suis consiliis rem publicam profligasset; de or III 3.

profluens, Fluß: dum culleus, in quem coniectus in profluentem deferretur, compararetur; inv II 149.

profluenter, fließend: omnia profluenter, absolute, prospere, igitur beate; Tusc V 53.

profluentia, Hervorströmen, Fluß: hanc oratoriam vim inanis quaedam profluentia loquendi (imitatur); part or 81.

profluo, fließen, herausfließen, entspringen: ab his fontibus profluxi ad hominum famam; Cael 6. profluens quiddam habuit Carbo et canorum; de or III 28. permultis locis aquam profluentem (vidi), et eam uberem; Q fr III 1, 3. propter expeditam ac profluentem quodam modo celeritatem; Bru 220. genus orationis cum lenitate quadam aequabiliter ‖ aequabili ‖ profluens; de or II 64. genus sermonis non fusum ac profluens; de or II 159. si lacus emissus lapsu et cursu suo ad mare profluxisset; div I 100. illa sine intervallis loquacitas perennis et profluens; de or III 185.

profugio, entfliehen, sich flüchten: cum Philo cum Atheniensium optimatibus domo profugisset; Bru 306. qui (Mercurius) dicitur Aegyptum profugisse; nat III 56. si domo tua profugisset (praedonum dux); Ver V 77. scripsit filius se idcirco profugere ad Brutum voluisse, quod . .; A XV 21, 1. cum ex agris tres fratres consortes profugissent; Ver III 57. cum multi principes civitatis Roma profugerunt; Catil I 7.

profundo, vergießen, hervorströmen lassen, darbringen, äußern, preisgeben, part. verschwenderisch, unmäßig: I. dare, profundere oportere, si velis vincere; Ver III 155. — II. si totum se ille in me profudisset; A VII 3, 3. facilius sicut in vitibus revocantur ea, quae sese nimium profuderunt; de or II 88. nihil est in natura rerum omnium, quod se universum profundat et quod totum repente evolvat; de or II 317. quae ego si non profundere ac perdere videbor; ep V 5, 3. voces et palmarum intentus et maledictorum clamorem omnes profuderunt; Sest 117. genus iocandi non profusum nec immodestum, sed ingenuum et facetum esse debet; of I 103. intentus: f. clamorem. lacrimae se subito profuderunt; A XI 7, 6. quis tam perditus ac profusus nepos sic dissolutus fuisset, ut fuit Sex. Naevius? Quinct 40. omne odium in me profudistis; Piso 16. qui non modo pecuniam, sed etiam vitam profundere pro patria parati essent; of I 84. qui sanguinem pro fortunis populi Romani profudissent; Phil XIV 38. quam profusis sumptibus (vixerint), longum est dicere mihi; Cluent 36. omnes profudi vires animi atque ingenii mei; A I 18, 2. si vitam pro tua dignitate profundam; ep I 4, 3. f. pecuniam. voces: f. clamorem. qui (umores) a renibus profunduntur; nat II 137.

profundus, tief, unergründlich, bodenlos, n. Tiefe, Meerestiefe, Abgrund: A. cum partim eius praedae profundae libidines devorassent; Piso 48. ut mare profundum (effervescit); Planc 15. — B. in profundo veritatem esse demersam; Ac I 44. iecissem ipse me in profundum; Sest 45. qui sint in profundo; fin IV 64.

progenies, Nachkommenschaft, Nachkommen: I. qui (viri) se progeniem deorum esse dicebant; Tim 38. — II, 1. quae (statua) multos per annos progeniem eius honestaret; Phil IX 5. virtutem et sapientiam regalem, non progeniem quaeri oportere; rep II 24. — 2. Priamum tanta progenie orbatum; Tusc I 85. — 3. quae (antiquitas) quo propius aberat ab ortu et divina progenie; Tusc I 26.

progigno, hervorbringen, erzeugen: qui illud lumen progenuit; of III 66. quae (res) ex iis (seminibus) progignuntur; div I 128.

prognostica, Wetterzeichen: I. equidem etiam pluvias metuo, si Prognostica nostra vera sunt; A XV 16, a. — II. Prognostica mea propediem exspecta; A II 1, 11. his rerum praesensionibus Prognostica tua referta sunt; div I 13. — III. prognosticorum causas persecuti sunt et Boëthus Stoicus et noster etiam Posidonius; div II 47.

progredior, fortschreiten, vorgehen, vorrücken: I. nihil adiuvat procedere et progredi in virtute, quo minus miserrimus sit; fin IV 64. — II. quid efficere aut quo progredi possent; orat 5. in quo tamen longius saepe progredimur; orat 112. neque ullius horum in ulciscendo acerbitas progressa ultra mortem est; Phil XI 1. progredientibus aetatibus quasi nosmet ipsos cognoscimus; fin V 41. quatenus amor in amicitia progredi debeat; Lael 36. estne aliquid ultra, quo crudelitas progredi possit? Ver V 119. sensim et pedetemptim progrediens extenuatur dolor; Tusc III 54. sic et nata et progressa longius eloquentia videtur; inv I 3. fratrem suum impulsu inimicorum suorum eo progressum esse; ep IX 25, 3. iudices longius, quam potestatem habeant, progressuros; inv II 81. ipsam per se naturam longius progredi; leg I 27. quae (ratio) conixa per se et progressa longius fit perfecta virtus; Tusc II 47. cum mihi ipsa Roma ad complectendum conservatorem suum progredi visa est; Piso 52. cum usus progrediens familiaritatem effecerit; fin I 69. — III. actor hic defensorque causae meae nihil progreditur; Sest 75.

progressio, Fortschritt, Zunahme, Wachstum: I. quod iter sit naturae quaeque progressio; fin IV 37. progressio (habet interdum vim); de or III 206.

Digitized by Google

— II. in qua (philosophia) quod inchoatum est neque absolutum, progressio quaedam ad virtutem appellatur; Ac I 20. si qua || quae || ad virtutem est facta progressio; of III 17. omnium virtutum et originem et propressionem persecuti sunt; fin IV 17.

progressus, Vorrücken, Fortschreiten, Fortschritt: I. quod in omni aeternitate conservat progressus et regressus reliquosque motus constantes et ratos; nat II 51. C. Caesar docuit ab excellenti virtute progressum aetatis exspectari non oportere; Phil V 47. progressum praecipitem, inconstantem reditum videt; A II 21, 3. — II. quae (ars) primo progressu festive tradit elementa loquendi; Ac II 92.

prohibeo, abhalten, zurückhalten, abwehren, verhindern, verwehren, verbieten, bewahren, schützen, sichern: I, 1. quae lex est recta ratio imperandi atque prohibendi; leg I 42. — 2. quam legem se augur dicit tulisse non modo tonante Iove, sed prope caelesti clamore prohibente; Phil V 8. — II, 1. di prohibeant, ne ⟨ut⟩ hoc praesidium sectorum existimetur! Sex Rosc 151. quem in locum prohibui ne venires; Caecin 66. — 2. necessitas ferendae condicionis humanae quasi cum deo pugnare prohibet; Tusc III 60. — 3. nihil prohibet quaedam esse cum bestiis homini communia; fin V 25. »censores caelibes esse prohibento«; leg III 7. hiemps || hiems || adhuc rem geri prohibuerat; ep XII 5, 2. — III. qui cum a praetore prohiberentur; Ver II 156. te non posse prohiberi re publica diutius; ep VI 6, 9. prohibete aditum matris a filii sanguine; Cluent 200. Q. Metellus aut opprimet hominem aut eius omnes motus conatusque prohibebit; Catil II 26. tueamur (eloquentiam) ut adultam virginem caste et ab amatorum impetu prohibeamus; Bru 330. prohibenda maxime est ira in puniendo; of I 89. magistratus templis pellebantur, alii omnino aditu ac foro prohibebantur; Sest 85. motus: f. conatus. qui erant mecum, facile operas aditu prohibuerunt; A IV 3, 3. a quo periculo prohibete rem publicam; imp Pomp 19. sapientes nulla re impediri, nulla prohiberi; fin III 26. virginem: f. eloquentiam. — IV, 1. quod is Ephesi se quaestorem vi prohibitum esse dicebat, quo minus e fano Dianae servum suum abduceret; Ver I 85. — 2. qui Bibulum exire domo prohibuissent; ep I 9, 7. plura scribere fletu prohibeor; A XI 9, 3. de legatis a me prohibitis proficisci; ep III 9, 1. attuli sponsiones ab ipso prohibitas indicari; Ver III 144.

prohibitio, Verhinderung, Verbot: I. prohibitio tollendi vim adhibebat pactioni, non voluntatem; Ver III 37. — 2. quamquam illa non poena, sed prohibitio sceleris fuit; fr B 2.

proicio, werfen, hinwerfen, wegwerfen, preisgeben, hervortreten lassen, ausstrecken, part. hervorragend, übermäßig, geneigt: (Verres) ad audendum proiectus; Ver I 2. vos ad pedes lenonis impurissimi proiecistis; Sest 26. si me a meis consiliariis proditum et proiectum vides; A III 19, 3. quorum eminet audacia atque proiecta est; Cluent 183. brachium procerius proiectum quasi quoddam telum orationis; de or III 220. videte hominis intolerabilem audaciam cum proiecta quadam et effrenata cupiditate; dom 115. iustitia foras spectat et proiecta tota est atque eminet; rep III 11. neque ego meam (libertatem) proiecissem; Rab Post 33. qui (Simonides) cum ignotum quendam proiectum mortuum vidisset; div I 56. quod parietis communis tegendi causa tectum proiceretur; Top 24. vitam suam numquam in periculum sine custodia proiciebat; Milo 56. quae (urbs) in utriusque portus ostium aditumque proiecta est; Ver IV 118.

proiectio, Ausstrecken: se ipse moderans brachii proiectione in contentionibus, contractione in remissis; orat 59.

proinde, daher, ebenso: 1. proinde ordire; fat 4. proinde fac animum tantum habeas, quanto opus est . .; ep XII 6, 2. proinde isti licet faciant, quos volent, consules; A II 9, 2. — II. ut (philosophia) proinde, ac de hominum est vita merita, laudetur; Tusc V 6. proinde quasi exitus rerum, non hominum consilia legibus vindicentur; Milo 19. ut proinde, uti quaeque res erit, elaboremus || laboremus ||; inv II 175.

prolabor, hingeraten, hingerissen werden, entfallen, sinken: se cupiditate prolapsos nimium magno conduxisse; A I 17, 9. quibus (temporibus inventus) ita prolapsa est, ut omnium opibus refrenanda sit; div II 4. huc unius mulieris libidinem esse prolapsam; Cael 47. ne quod ab aliqua cupiditate prolapsum verbum esse videatur; Font 28.

prolapsio, Ausgleiten: quibus (viis) illa (adulescentia) insistere aut ingredi sine casu aliquo aut prolapsione vix posset; Cael 41.

prolatio, Erwähnung, Aufschub: I. exemplorum prolatio auctoritatem orationi adfert; orat 120. — II. ut alteri ad prolationem iudicii biduum quaereretur; Rabir 8.

prolato, aufschieben: id (malum) opprimi sustentando ac prolatando nullo modo potest; Catil IV 6.

prolecto, locken: homines egentes et leves spe legationis et viatico publico prolectat; Flac 18.

proles, Nachkommenschaft: I. si cupiat proles illa futurorum hominum deinceps laudes prodere; rep VI 23. — II. neque fugerim dicere „prolem“ aut „subolem“; de or III 153. f. **proletarius.**

proletarius, Bürger der untersten Klasse, Proletarier: eos, qui aut non plus mille quingentos aeris aut omnino nihil in suum || suum in || censum praeter caput attulissent, proletarios nominavit, ut ex iis quasi proles, id est quasi progenies civitatis, exspectari videretur; rep II 40.

prolixe, reichlich, bereitwillig: ut hoc honoris nostri causa libenter, prolixe, celeriter facias; A XVI 16, 6. neque minus ei (Trebatio) prolixe de tua voluntate promisi; ep VII 5, 1. parum prolixe respondent Campani coloni; A VII 14, 2.

prolixus, reichlich, bereitwillig, gefällig, glücklich, günstig: Ariobarzanes non in Pompeium prolixior per ipsum quam per me in Brutum; A VI 3, 5. cetera spero prolixa esse; A I 1, 2. in hoc officio sermonis nihil potuit esse prolixius; A VII 4, 2. interest nostra Plancum hoc animo libenti prolixoque facere; A XVI 16, 13. etsi de tua prolixa beneficaque natura limavit aliquid posterior annus; ep III 8, 8.

proludo, ein Vorspiel, eine Vorübung machen: ut ipsis sententiis, quibus proluserint, vel pugnare possint; de or II 325.

prolusio, Vorspiel: I. eius modi illa prolusio debet esse; de or II 325. — II. sin mecum in hac prolusione nihil fueris; div Caec 47.

proluvies, Überschwemmung: Romae et maxime † et Appia ad Martis mira † luvies ⟨ proluvies ⟩; Q fr III 7, 1.

promereor, sich verdient machen: I. homines tenues unum habent in nostrum ordinem promerendi locum; Muren 70. — II, 1. paratiores erunt et tamquam exercitatiores ad bene de multis promerendum; of II 53. — 2. si in promerendo, ut tibi tanti honores haberentur, fuisti omnium diligentissimus; Q fr I 1, 30.

promeritum, Verdienst, Schuld: I. levius se punitum, quam sit illius promeritum || ille promeritus ||; inv II 83. hoc maius est vestrum in nos promeritum, quod . .; Quir 8. — II vestra in nos universa promerita percensere numerando; sen 1.

promiscue, (promisce), ohne Unterschied, gemeinschaftlich: unum est aurium iudicium et promisce et communiter stultis ac sapientibus ab natura datum; Font 22. promiscue toto (campo Martio) quam

Digitized by Google

proprie parva frui parte malitis; agr II 85. ex quo promisce promiscue ‖ haurirent; de or III 72.

promissio, Versprechen: I. in quo debebat esse promissio auxilii alicuius; ep IV 13, 1. promissio; de or III 205. — II. Balbus venit missu Caesaris cum promissione provinciae; A. VIII 9, 4.

promissum, Verheißung, Versprechen: I. accedere promissum tuum, quo in litteris uteris; ep VI 17, 1. velim, reliquum quod est promissi ac muneris tui, mihi persolvas; ep III 9, 3. omnia promissa confirmata, certa et rata sunt; ep VI 12, 1. — II, 1. confirmo: f. I. est. promissum potius non faciendum quam tam taetrum facinus admittendum fuit; of III 95. Τεῦκρις promissa patravit; A I 14, 7. persolvo: f. I. est. pacta et promissa semperne servanda sint; of III 92. ut optime meritis militibus promissa solvantur; ep XII 30, 4. — 2. cum eius promissis legiones fortissimae reclamassent; Phil V 22. satis est factum promisso nostro; Ver V 139. 3. utor f. accedit. — III. alqd: f. I est. isto exposito munus promissi omne confecero; part or 132. sponsor promissorum eius (reginae) Ammonius; A XV 15, 2. — IV, 1. promissis suis eum excitavit; Cluent 68. illis promissis standum non esse, quae coactus quis metu promiserit; of I 32. quasi voto quodam et promisso me teneri puto; A XII 18, 1. — 2. iter eius (Balbi) erat ad Lentulum consulem cum litteris Caesaris praemiorumque promissis; A VIII 11, 5.

promitto, versprechen, zusagen, zusichern, verheißen, geloben: I, 1. ille, cui promissum sit; of I 32. — 2. cum ille dubitaret, quod ad fratrem promiserat; de or II 27. hic sine mea sententia tam facile promisit; de or II 28. quae inconstantia deorum est, ut primis minentur extis, bene promittant secundis? div II 38. — II, 1. si mihi alterum utrum de eventu atque exitu rerum promittendum esset; ep VI 1, 5. neque minus ei prolixe de tua voluntate promisi, quam eram solitus de mea polliceri; ep VII 5, 1. — 2. quibus M. Antonius urbem se divisurum esse promisit; Phil IV 10. tum illud tibi expertus promitto et spondeo, te socios Bithyniae memores esse cogniturum; ep XIII 9, 3. — III, 1. qui in pariete communi demoliendo damni infecti promiserit; Top 22. — 2. ne videar ipse a me aliquid promisisse; de or I 111. di faxint, ut faciat ea, quae promittit! A XVI 1, 6. f. II. donum regale tibi dicatum atque promissum; Ver V 184. pecuniam argentario promittit Aebutius; Caecin 16. his praemia sunt promissa; Phil XI 39. illis promissis standum non esse, quae coactus quis metu promiserit; of I 32. decem milia talentum Gabinio esse promissa; Rab Post 21. ne quis extra suum forum vadimonium promittere cogatur; Ver III 38.

promo, holen, herausnehmen, vorbringen, geben: est aliquid, quod ex obscuriore aliqua scientia sit promendum atque sumendum; de or I 59. cetera, quae tibi a multis prompta esse certo scio, a me sunt paratissima; ep IV 13, 6. ex quibus (locis) argumenta promuntur; de or II 131. (loci) sunt eae quasi sedes, e quibus argumenta promuntur; Top 7. promenda tibi sunt consilia; A IX 18, 2. ut quosdam hinc libros promerem; fin III 8. cum tibi senatus ex aerario pecuniam prompsisset; Ver III 195.

promoneo f. **praemoneo.**

promoveo, vorrücken, vorziehen: quae appellemus vel „promota" et „remota" vel „praeposita"; fin III 52. in balneariis assa in alterum apodyterii angulum promovi; Q fr III 1, 2.

prompte, freimütig: dicam paulo promptius; Ver II 176.

promptus, sichtbar, schnell, bereit, geneigt, entschlossen: A. sunt ea, quae sunt eminentia et prompta, sumenda; de or III 215. te hilari animo esse et prompto ad iocandum; Q fr II 11 (13), 1. Galli promptam et paratam in agendo et in respondendo celeritatem subtilitate superavit; Bru 154. cuius sit ita prompta fides; Caecin 78. sponsione me homo promptus lacessivit; Piso 55. alacri et prompto ore atque vultu; de or I 184. — B. altera (admonitione) prompta et aperta iudicari ‖ indicari ‖; fin I 30.

promptus, Sichtbarkeit, Bereitschaft: hoc fere tum habemus in promptu, nihil oportere inopinatum videri; Tusc III 55. ut non recondita quadam ratione (decorum) cernatur, sed sit in promptu; of I 95.

promulgatio, Bekanntmachung: I. subito exorta est nefaria Catonis promulgatio, quae nostra studia impediret; ep I 5, a, 2. ubi promulgatio trinum nundinum? Phil V 8. — II. leges alias sine promulgatione sustulit; Phil II 109.

promulgo, anschlagen, veröffentlichen, bekannt machen: I. promulgantibus omnibus *magistratibus* ‖ octo tribunis ‖, te ferente consule; ep I 9, 16. — II, 1. de meo reditu octo tribuni promulgaverunt; Sest 69. f. III. — 2. hoc tribunus plebis promulgare ausus est, ut, quod quisque possidet, id eo iure teneret, *quo* ..? agr III 11. — III. alqd: f. II, 2. cum tribuni plebi legem iniquissimam de eorum agris promulgavissent; ep XIII 4, 2. C. Cato legem promulgavit de imperio Lentulo abrogando; Q fr II 3, 1. qui de Caesare monstra promulgarunt; Q fr II 4, 5 (6, 3). promulgarisne quaestionem de tot amplissimis viris; Vatin 26. ex senatus consulto consules rogationem promulgasse; A I 13, 3.

promulsis, Vorgericht: I. neque est, quod in promulside spei ponas aliquid; ep IX 16, 8. — II. quem (virum) tu es solitus promulside conficere; ep IX 20, 1.

promunturium, Vorgebirge: I. ad Leucopetram, quod est promunturium agri Regini; Phil I 7. — II, 1. in flectendis promunturiis; div II 94. — 2. in promunturio fanum est Iunonis antiquum; Ver IV 103.

pronepos, Urenkel: 1. avi tui pronepos scribit ad patris mei nepotem; A XVI 14, 4. — 2. es M. Lepidus, M. Lepidi, pontificis maximi, pronepos; Phil XIII 15. Iovis iste pronepos; Tusc III 26.

Pronoea, Vorsehung: isto spatio quaero cur Pronoea vestra cessaverit. laboremne fugiebat? nat I 22.

pronuntiatio, Ausspruch, Satz, Richterspruch, Vortrag: I. pronuntiatio est ex verborum et rerum dignitate vocis et corporis moderatio; inv I 9. quid est, cur non omnis pronuntiatio aut vera aut falsa sit? fat 26. — II. Oppianico lege et pronuntiatione nondum condemnato; Cluent 56.

pronuntiator, Erzähler: Thucydides rerum gestarum pronuntiator sincerus et grandis etiam fuit; Bru 287.

tempore philosophiam plane absolutam fore; Tusc III 69. quoniam ‖ qui ‖ haec sine doctrina credituri fuerunt ‖ fuerint ‖; Tusc I 48. sin, cum auspiciis obtemperatum esset, interiturae classes non fuerunt, non interierunt fato; div II 20. etiamsi (Flaminius) obtemperasset auspiciis, idem eventurum fuisset; div II 21. puto, etiamsi Icadius tum in spelunca non fuisset, saxum tamen illud casurum fuisse; fat 6. an Cn. Pompeium censes maximarum rerum gloria laetaturum fuisse, si sciret . . ? div II 22. non fuisse (Crassum) periturum, si omini paruisset; div II 84. ne illi (C. Pontio) multa saecula exspectanda fuerunt; of II 75. non fuit Iuppiter metuendus ne iratus noceret; of III 104. in eo conclavi ei (Deiotaro) cubandum fuisset, quod proxima nocte corruit; div II 20. quem ad finem putas custodiendam illam aetatem fuisse? Cael 11. illo modo potius putat urguendum fuisse Carneadem, ut . .; Ac II 109. — 2. Accusativ: cum id aetatis essem; inv II 92. qui id aetatis sumus; rep III 41. — 3. Genetiv: fortunas omnes aratorum istius fuisse dico; Ver III 50. me Pompei totum esse scis; ep II 13, 2. si quicquam nunc cuiusquam est; ep VII 3, 3. ea omnia, quae proborum, demissorum, non acrium, non pertinacium, non litigiosorum, non acerborum sunt, valde benivolentiam conciliant; de or II 183. sunt facta eius immortalitatis, nomen aetatis; Phil IV 3. id solum esse ambitus aedium, quod . .; Top 24. id certe magis est attenti animi quam furentis; div II 111. de lingua Latina securi es animi; A XII 52, 3. artis: f. II. ita. illa oratio potius temporis mei quam iudicii et auctoritatis fuit; Cluent 139. cum ex iure nostro duarum civitatum nemo esse possit; Caecin 100. et villa et amoenitas illa commorationis est, non devorsorii ‖ devers. ‖; ep VI 19, 1. si est boni consulis ferre opem patriae; Rabir 3. demissorum, al.: f. acerborum. quod sit mille denarium; of III 92. nunc dubitare quemquam prudentem, quin meus discessus desperationis sit, non legationis? A XV 20, 1. devorsorii: f. commorationis. qui genus hoc scribendi, etsi sit elegans, personae tamen et dignitatis esse negent; fin I 1. una pars est naturae, disserendi altera, vivendi tertia; fin V 9. hoc sentire prudentiae est, facere fortitudinis, et sentire vero et facere perfectae cumulataeque virtutis; Sest 86. si id facere voluisses aut si gravitatis esse putasses tuae; Planc 50. nec temporis unius nec hominis esse constitutionem rei publicae; rep II 37. est humanitatis vestrae magnum numerum eorum civium calamitate prohibere, sapientiae videre multorum civium calamitatem a re publica seiunctam esse non posse; imp Pomp 18. immortalitatis: f. aetatis. P. Murena mediocri ingenio, sed magno studio rerum veterum, multae industriae et magni laboris fuit; Bru 237. quod est praesentis insaniae quasi tempestatis repentinae; dom 106. iudicii: f. auctoritatis. laboris: f. industriae. legationis: f. desperationis. boni viri *quid* iudicent, id est maximi momenti et ponderis; Vatin 9. indico malum illud opinionis esse, non naturae; Tusc III 31. f. disserendi. cetera necessitatis esse, unum hoc voluntatis; fr F V 50. opinionis: f. naturae. noli spectare, quanti homo sit; parvi enim pretii est, qui tam nihili sit; Q fr I 2, 14. sitne oratoris [velle] risum movere; de or II 235. cuius erat ordinis? senatorii; Cluent 104. parvi sunt foris arma, nisi est consilium domi; of I 76. personae: f. dignitatis. ponderis: f. momenti. qui (ager) nunc multo pluris est quam tunc fuit; Q Rosc 33. hoc vix est liberi populi; agr II 22. pretii: f. nihili. proborum, al.: f. acerborum. prudentiae: f. fortitudinis. cum constiterit inter doctos, quanti res quaeque sit; fin V 89. f. nihili. earum rerum est absentium metus, quarum praesentium est aegritudo; Tusc IV 8. ut omnia, quae ubique sint, sapientis esse dicatis; fin IV 74. sapientiae: f. humanitatis. mihi cuiusquam salus tanti fuisset, ut meam neglegerem? Sulla 45. tempestatis: f. insaniae. temporis: f. auctoritatis, hominis. nec est viri boni errare et diligere, quod per se non sit diligendum; leg I 48. virtutis: f. fortitudinis. vivendi: f. disserendi. voluntatis: f. necessitatis. — 4. Ablativ: quacumque aut aetate aut valetudine esset; sen 28. eo animo simus inter nos, quo semper fuimus; ep IV 15, 2. fac animo forti atque magno sis; ep VI 5, 4. quis est aut quis umquam fuit aut avaritia tam ardenti aut tam effrenatis cupiditatibus, ut . . ? fin III 36. Oppianicus, ut erat singulari scelere et audacia; Cluent 23. Acilius maximo meo beneficio est; ep VII 30, 3. (Sicilia) sola fuit ea fide benivolentiaque erga populum Romanum, ut . .; Ver II 2. neque se, quo quid colore aut quo sono sit, scire; Ac II 76. optimo iure ea sunt profecto praedia, quae optima condicione sunt; agr III 9. quamquam es singulari crudelitate; Ver III 52. cupiditatibus: f. avaritia. ut quam amplissima dignitate sis; ep X 27, 1. ego vero quo dolore esse debeo? quo sum scilicet, hoc etiam acriore, quod . .; A IV 6, 2. (Pompei orationem) numquam neque eloquentia neque iucunditate fuisse maiore; Sest 107. fide: f. benivolentia. quamquam Lamia summo splendore, summa gratia est magnificentissimo munere aedilicio; ep XI 16, 3. fuit (Pompeius) in his provinciis singulari innocentia, gravitate, virtute; imp Pomp 61. qua impudentia putatis eum in dominatione fuisse? Ver III 155. quem nostrum tam tardo ingenio fore putavit? agr III 6. f. 3. industriae. innocentia: f. gravitate. iucunditate: f. eloquentia. iure: f. condicione. luminibus: f. II. ita. apud Graecos fertur incredibili quadam magnitudine consilii atque ingenii Atheniensis ille fuisse Themistocles; de or II 299. cum sis clarissimis ipse maioribus; rep I 71. qui (puer) his lacrimis, qua sit pietate, declarat; Sest 146. ea virtute et sapientia maiores nostri fuerunt, ut . .; inv I 68. scelere: f. audacia. (tuae litterae) erant gravissimis verbis ac sententiis; ep X 16, 1. cum esset medimnum HS xv; Ver III 90. (Laelia) sono ipso vocis ita recto et simplici est, ut . .; de or III 45. f. colore. splendore: f. gratia. Cicero summo studio est Paeonii sui rhetoris; Q fr III 3, 4. f. 3. industriae. qui (pater) cum esset infirma valetudine; leg II 3. f. aetate. verbis: f. sententiis. virtute: f. gravitate, sapientia.

V. **mit einfachem Dativ**: cum mihi summus tecum usus esset; Sulla 11. qui modus tibi fuit frumenti aestimandi? Piso 86. senatui placere ipsis liberisque eorum militiae vacationem esse; Phil V 53. fugientibus miserabilem respectum incendiorum fore; div I 68. an accusatori maiores nostri maiora praemia quam bellatori esse voluerunt? Balb 54. audio (Treviros) capitales esse; mallem „aere, argento, auro“ ‖ auro, argento, aeri, al. ‖ essent; ep VII 13, 2. neque virtutibus neque amicitiis usquam locum esse; fin II 85. quae est ei (animo) natura? Tusc I 70. argento, auro: f. aere. bellatori: f. accusatori. ut aliud equo sit e natura, aliud bovi, aliud homini; fin V 26. si tanta illis comitiis religio est, ut . .; Muren 38. equo: f. bovi. ut esset locus comportandis condendisque fructibus; agr II 88. non est aditus ad huiusce modi res neque potentiae cuiusquam neque gratiae; Caecin 72. certe huic homini spes nulla salutis esset; Ver III 168. f. bovi. ut omnes intellegant in contionibus esse invidiae locum, in indiciis veritati; Cluent 202. liberis: f. alicui; Phil V 53. cur virgini Vestali sit heres, non sit matri suae? rep III 17. miluo est quoddam bellum quasi naturale cum corvo; nat II 125. ei morbo nomen est avaritia; Tusc IV 24. quae cuique peccato poena sit; par 25. est populo Romano victori omnium gentium omne certamen cum percussore;

Digitized by Google

Phil IV 15. potentiae: f. gratiae. iste huic rei publicae [belli] causa pestis atque exitii fuit; Phil II 55. ex quo quidem maximus est fructus iucunditasque sapienti; Marcel 19. sapientiae quid futurum est? Ac II 27. horum unum quidque in reprehensione non esse signo; inv I 81. (Magius) solvendo non erat; A XIII 10, 3. veritati: f. invidiae. victori: f. populo. virgini: f. matri. virtutibus: f. amicitiis. meae vitae nullas ab illis insidias fuisse dixisti; Planc 71. ut urbi satis esset praesidii; Catil II 26.

VI. **mit doppeltem Dativ:** huic te unum tanto adiumento esse posse, ut..; ep II 6, 3. simul una res utrique rei est argumento; Ver III 153. quem tibi aut deum aut hominem auxilio futurum putas? Ver IV 101. accusant ii, quibus occidi patrem Sex. Roscii bono fuit; Sex Rosc 13. cui (Caepioni) fortuna belli crimini, invidia populi calamitati fuit; Bru 135. id eo mihi magis est cordi, quod . .; Lael 15. crimini: f. calamitati. magnae curae ei (Rufo) salutem meam fuisse; ep IX 24, 1. ego omnibus meis exitio fuero, quibus ante dedecori non eram; Q fr I 4, 4. quanto solacio tibi conscientia tui facti, quantae delectationi in rebus adversis litterae esse deberent; ep VI 6, 12. mihi maiori offensioni esse quam delectationi possessiunculas meas; A XIII 23, 3. exitio: f. dedecori. quae res nemini umquam fraudi fuit; Cluent 91. nihil est, quod tibi maiori fructui gloriaeque esse possit; ep X 5, 2. quod (Alexander) illorum artem cum ipsis tum etiam sibi gloriae fore putabat; ep V 12, 7. f. fructui. qui non ad insequendum sibi tarditatem pedum, sed ad fugiendum impedimento fore putabat; Rabir 21. quod mihi maximae laetitiae fuit; ep XV 2, 5. clementiam illi (Caesari) malo fuisse; A XIV 22,1. intellegetis nullis hominibus quemquam tanto odio quanto istum Syracusanis et esse et fuisse; Ver II 15. offensioni: f. delectationi. quae (eloquentia) principibus maximo ornamento est; fin IV 61. amicitiam meam voluptati pluribus quam praesidio fuisse; Planc 82. tibi hominum innocentium sanguis non modo voluptati, sed etiam quaestui fuit; Ver V 138. cuius officium mihi saluti fuisset; Planc 1. solacio: f. delectationi. homini non amico nostra incommoda, tanta praesertim, spectaculo esse nollem ‖ nolim ‖; A X 2, 2. adventus noster nemini fuit sumptui; A V 14, 2. ea res P. Africano vituperationi fuit, quod . .; Bru 97. voluptati: f. praesidio, quaestui. quem spero fore magno usui et amicis et rei publicae; Flac 13.

VII. **esco:** »at cui auro dentes vincti escunt ‖ iuncti essent ‖«; leg II 60. »ast quando duellum gravius, discordiae civium escunt«; leg III 9.

summa, Hauptsache, Inbegriff, Gesamtheit, Gesamtzahl, Summe: I. quarum artium summae crescere possunt, earum etiam contrariorum summa poterit augeri; fin IV 67. (dialectici) iudicant, verane summa sit unius cuiusque rationis; de or II 158. summa huius epistulae haec est, ut ornes omnibus rebus Neronem; ep XIII 64, 2. summa illuc pertinet, ut sciatis, ex quo genere iste sit; Ver V 25. — II, 1. qui summam rerum administrabat; Sex Rosc 91. augeo: f. I. crescit. cum duo ii numeri circuitu naturali summam tibi fatalem confecerint; rep VI 12. si, cuius rei satis erit summam dixisse, eius partes non dicentur; inv I 28. hic ego circumspectis rebus meis omnibus rationibusque subductis summam feci cogitationum mearum omnium; ep I 9, 10. ille perpauca locutus hanc summam habuit orationis, ut sibi ignoscerem; A X 16, 1. ut ad istum sine ulla sollicitudine summa pecuniae referretur; Ver II 133. si ad eam summam (mercatus esses), quam volueram; ep VII 23, 1. — 2. quod ipsum non de summa frumenti detractum est; Ver IV 20. omnia inesse debent in summa bonorum; fin IV 46. illum viris fortissimis remittere de summa non potuisse; Ver III 82. omnia necessario a tempore atque homine ad communes rerum et generum summas revolventur; de or II 135. — III. sex hae sunt simplices de summa bonorum malorumque sententiae; fin V 21. — IV, 1. ista summa ne ego multo libentius emerim deversorium Tarracinae, ne semper hospiti molestus sim; ep VII 23, 3. — 2. ad summam non posse istaec sic abire; A XIV 1, 1. f. II, 1. volo. Drusus erat de praevaricatione a tribunis aerariis absolutus in summa quattuor sententiis; Q fr II 15, 3. in omni summa valde me ad otium pacemque converto; Q fr III 6, 5.

summarius, Lasttier, Packesel: nisi forte iste summarius ‖ nummarius ‖ ei potest persuadere, ut, dum oratores eant, redeant, quiescat; A X 1, 3.

summatim, im ganzen, kurz: in primis duabus dicendi partibus, qualis esset, summatim breviterque descripsimus; orat 50. quod (ius civile) summatim percipi sine doctrina potest; de or I 252. subsedi in ipsa via, dum haec, quae longiorem desiderant orationem, summatim tibi perscriberem; A V 16, 1. nunc genera ipsa summatim, quae risum maxime moveant; de or II 248. a me pauca, et ea summatim; ep X 28, 3. summatim adhuc ad te;. A XV 4, a (5).

summe, höchst, im höchsten Grade, ganz besonders: I. id summe angere debebit; inv II 20. quod tu semper summe cupisti; Quinct 69. te summe diffidere; ep IV 7, 2. summe in eo elaborandum esse, ut . .; de or I 33. summe haec omnia mihi videntur esse laudanda; div Caec 57. quod me sollicitare summe solet; de or II 295. — II. sapientes omnes summe beatos (esse); fin IV 55. tuum iudicium non potest mihi non summe esse iucundum; ep XIII 18, 2. inventa exornari et suavissimum est et summe necessarium; inv I 50. te summe omnium doctrinarum studiosum fuisse; ep IV 3, 3.

summisse, gelassen, ruhig, bescheiden: I. is erit eloquens, qui poterit parva summisse, modica temperate, magna graviter dicere; orat 101. ita fit, ut Demosthenes certe possit summisse dicere, elate Lysias fortasse non possit; opt gen 10. ornamentis isdem uti fere licebit alias contentius, alias summissius; de or III 212. — II. hic summissius a primo, deinde pressius, post exsultavit audacius; orat 26.

summissio, Senkung, Verringerung: I, 1. parium comparatio nec elationem habet nec summissionem; Top 71. — 2. ex contentione vocis, ex summissione facile iudicabimus . .; of I 146. — II. (verborum iterationes) erunt ab hac summissione orationis alienae; orat 85.

summissus, gelassen, ruhig, leise, niedrig, demütig, friedlich: (quem vocant Atticum,) summissus est et humilis; orat 76. hoc ornamento liberius paulo quam ceteris utetur hic summissus; orat 82. ne quid humile, summissum, molle faciamus; Tusc IV 64. est (hoc genus) plenius quam hoc enucleatum, quam autem illud ornatum copiosumque summissius; orat 91. non semper fortis oratio quaeritur, sed saepe placida, summissa, lenis; de or II 183. hanc ego iudico formam summissi oratoris; orat 90. ut illa altera pars orationis lenis atque summissa esse debet; de or II 211. privatum oportet vivere neque summissum et abiectum neque se efferentem; of I 124. sic summissa voce agam, tantum ut iudices audiant; Flac 66.

summitto, nachlassen, senken, erniedrigen, heimlich schicken, einen Nachfolger geben: I. iste ad pupillae matrem summittebat; Ver I 105. huic vos non summittetis? prov 8. — II. summittebat iste Timarchidem, qui moneret eos . .; Ver III 69. summisi me et supplicavi; Planc 24. cum tibi aetas nostra iam cederet fascesque summitteret; Bru 22.

Digitized by Google

summopere, gar sehr: quae (vitia) summopere vitare || vitari || oportebit; inv I 26.

summoveo, (subm.), entfernen, beseitigen: quam (Academiam) summovere non audeo; leg I 39. iubet recusantes nostros advocatos acerrime submoveri; Quinct 31.

summus, summum s. superus, D.

summuto, vertauschen: hanc ὑπαλλαγήν rhetores (vocant), quia quasi summutantur verba pro verbis; orat 93.

sumo, nehmen, empfangen, kaufen, auswählen, anlegen, annehmen, erwähnen, behaupten, sich herausnehmen, sich anmaßen: I. tum et a tuo vilico sumpsimus et aliunde mutuati sumus; A XI 13, 4. — II, 1. meminero me non sumpsisse, quem accusarem; Ver II 179. — 2. iis de rebus, quas coniectura consequi possumus, non mihi sumo, ut plus ipse prospiciam, quam . .; ep VI 5, 2. sed mihi non sumo, ut meum consilium valere debuerit; A VIII 11, D, 6. s. III. alqd; ep XIII 50, 1. — 3. beatos esse deos sumpsisti. concedimus; nat I 89. — III. ut Epicurum et Metrodorum non fere praeter suos quisquam in manus sumit; Tusc II 8. omne, quod sumitur ad argumentandum sive pro probabili sive pro necessario, necesse est sumatur ex his locis; inv I 79. observare diligenter oportet, [et] quid sumatur, [et] quid ex his conficiatur; inv I 89. qui a Naevio vel sumpsisti multa, si fateris, vel, si negas, surripuisti; Bru 76. videre, quae sumenda in argumentando sint; part or 139. illa non dico me expetere, sed legere, nec optare, sed sumere; fin IV 72. tantum tibi sumito pro Capitone apud Caesarem, quantum ipsum meminisse senties; ep XIII 29, 6. sumpsi hoc mihi pro tua in me observantia, ut ad te familiariter scriberem; ep XIII 50, 1. aquae ductus, haustus, iter, actus a patre, sed rata auctoritas harum rerum omnium ab civili iure sumitur; Caecin 74. ad ludendumne an ad pugnandum arma sint sumpturi; de or II 84. auctoritatem: s. actum. esse stultitiam ab iis porrigentibus et dantibus (bona) nolle sumere; nat III 84. quem vellet, alium diem si sumpsisset, me ei non defuturum; ep VII 24, 2. ut eam domum sumeres, ut plane mecum habitare posses; ep VII 23, 4. ductum: s. actum. ex hoc numero nobis exempla sumenda sunt; Lael 39. cum ex senatus consulto et ex legibus frumentum in cellam ei sumere liceret; Ver III 188. genus argumentandi, quod per inductionem sumitur; inv I 61. haustum: s. actum. homines notos sumere odiosum est; Sex Rosc 47. (narratio) brevis erit, si, unde necesse est, inde initium sumetur; inv I 28. iter: s. actum. primus locus sumitur ab auctoritate; inv I 101. eam nos partem solam sumimus; inv II 53. quam (pecuniam) huius fide sumpserat; Flac 46. ut senatus saga sumi iuberet; Phil VI 16. spatium sumamus ad cogitandum; fin IV 1. quanti ego genus omnino signorum omnium non aestimo, tanti ista quattuor aut quinque sumpsisti; ep VII 23, 2. de quo iam ipsi supplicium sumpserint; inv II 81. sume ad hanc rem tempus; leg I 6. in eas ipsas res, quas improbissime fecit, testimonia sumpsit; Caecin 23. ea omni vita illam vitam magis expetendam non esse, sed magis sumendam; fin IV 20. — IV. Q. Naso iudex sumitur; Flac 50. pecuniam sumpsit mutuam a Sex. Stloga; Flac 46.

sumptio, Voraussetzung: demus tibi istas duas sumptiones (ea quae λήμματα appellant dialectici); div II 108.

sumptuarius, die Ausgaben, den Aufwand betreffend: lex sumptuaria, quae videtur λιτότητα attulisse, ea mihi fraudi fuit; ep VII 26, 2. in denos dies singulos sumptuariae legis dies conferam; ep IX 15, 5. sicut esset neglecta (lex) sumptuaria; A XIII 7 (1). tu velim e Pollice cognoscas rationes nostras sumptuarias; A XIII 47, (a).

sumptuose, verschwenderisch: qui se in insperatis pecuniis sumptuosius insolentiusque iactarunt; Catil II 20.

sumptuosus, kostspielig, verschwenderisch: A. quod sumptuosus; de or II 135. posteaquam || postea cum || sumptuosa fieri funera et lamentabilia coepissent; leg II 64. ludos apparat magnificentissimos, sic, inquam, ut nemo sumptuosiores; Q fr III 8, 6. — B. venio iam ad sumptuosos, relinquo istum quaestuosum; par 49.

sumptus, Aufwand, Kosten: (dat. sumptu: s. II, 2. parco): I. sane exiguus sumptus aedilitatis fuit; of II 59. — II, 1. ex annuo sumptu, qui mihi decretus esset, me C. Caelio quaestori relinquere annuum; A VII 1, 6. legatis quaestores sumptum, quem oportebat dari, non dederunt; inv II 87. extenuatur magnificentia et sumptus epularum; Tusc V 97. quod nullus fit sumptus in nos neque in legatos neque in quaestorem neque in quemquam; A V 16, 3. quod omnino nullus in imperio meo sumptus factus est; A VI 2, 4. s. 3. opitulor de. ad incertum casum et eventum certus quotannis labor et certus sumptus impenditur; Ver III 227. in imperando sumptu; Flac 32. quod (caput) pertinet ad minuendos sumptus civitatum; ep III 8, 4. profundo: s. IV, 1. vivere. velim, consideres, ut sit, unde nobis suppeditentur sumptus necessarii; A XI 13, 4. sumptus et tributa civitatum ab omnibus, qui earum civitatum fines incolant, tolerari aequaliter; Q fr I 1, 25. — 2. sumptu ne parcas ulla in re; ep XVI 4, 2. adventus noster nemini fuit sumptui; A V 14, 2. ut cotidianis sumptibus copiae suppetant; Tusc V 89. — 3. cum in sumptum habebas; ep IX 20, 1. de sumptu, quem te in rem militarem facere et fecisse dicis, nihil sane possum tibi opitulari; ep XII 30, 4. ad quos (servos) aliquantum etiam ex cotidianis sumptibus redundet; Cael 57. relinquo ex: s. 1. decerno. — III. si qua fuerat ex ratione sumptus offensio; A V 1, 3. vacatio data est ab isto sumptus; Ver IV 23. — IV, 1. navem cybaeam maximam palam aedificatam sumptu publico esse dico; Ver V 44. (homines) non sumptu exhauriri; Q fr I 1, 9. sumptu publico navigia praebentur; Ver V 45. ne extra modum sumptu et magnificentia prodeas; of I 140. (se) non profusis sumptibus vivere; Quinct 93. — 2. cum in privatis rebus suisque sumptibus tenuissimo cultu viverent; Flac 28.

suo, nähen: tegumenta (dico) corporum vel texta vel suta; nat II 150.

supellex, Gerät, Hausgerät, Ausstattung, Schatz: I. verecundus erit usus oratoriae quasi supellectilis. supellex est enim quodam modo nostra, quae est in ornamentis, alia rerum, alia verborum; orat 79, 80. — II. dico te multam Deliacam supellectilem Syracusis exportasse; Ver II 176. quid stultius quam amicos non parare, optimam et pulcherrimam vitae, ut ita dicam, supellectilem? Lael 55. in oratoris instrumento tam lautam supellectilem numquam videram; de or I 165. — III. usus: s. I. — IV. hostium spolia in instrumento atque in supellectile C. Verris nominabuntur; Ver IV 97.

super, über, auf, darüber: A, I. velle aliquem imprudentem super eam (aspidem) adsidere; fin II 59. super terrae tumulum noluit quicquam statui nisi columellam aut . .; leg II 66. — II, 1. quid agendum nobis sit super legatione votiva; A XIV 22, 2. hac super re scribam ad te Regio; A XVI 6, 1. — 2. sed hac super re *ne* nimis; A X 8, 10. — B, I. mihi satis superque abs te videtur istorum studiis esse factum; de or I 204. satis superque esse sibi suarum cuique rerum; Lael 45. — II. ut satis superque prudentes sint; har resp 18.

Digitized by Google

supera s. **supra.**

superbe, hochmütig, übermütig: I. legati quod erant appellati superbius; imp Pomp 11. cuius (Italiae) idem tu superbissime decreta et preces repudiasti; Piso 64. — II. si habes, quod liqueat, neque respondes, superbe; Ac II 94.

superbia, Hochmut, Übermut, Stolz: I. magnitudinem animi superbia in nimis extollendis honoribus imitatur; part or 81. si superbia (timenda est), nata esse ibi ex Campanorum fastidio videtur; agr I 20. — II, 1. in plebem Romanam utrum superbiam prius commemorem an crudelitatem? Ver I 122. ut superbiam eius deridendam magis arbitrarentur quam pertimescendam; Cluent 112. qui eius (Tarquinii) non tulerant superbiam; Tusc III 27. pertimesco: s. derideo. an vero ex hoc illa tua singularis significatur insolentia, superbia, contumacia? Ver IV 89. timeo: s. I. nascitur. — 2. per quem locum in superbiam et adrogantiam odium concitatur; inv I 105. — III. opes vacuae consilio dedecoris plenae sunt et insolentis superbiae; rep I 51. — IV. in qua urbe domicilium quondam superbiae fuit; sen 17. — V, 1. quod ego non superbia neque inhumanitate faciebam, sed . .; de or I 99. — 2. quis eum cum illa superbia atque intolerantia ferre potuisset? Cluent 112.

superbus, hochmütig, übermütig, stolz: A. utrum superbiorem te pecunia facit, an quod te imperator consulit? ep VII 13, 1. Dionysius superbum se praebuit in fortuna, quam putavit nostram fore; A VIII 4, 1. exercitus noster ille superbissimo dilectu conlectus; prov 5. Tarquinii, superbissimi atque crudelissimi regis; Rabir 13. tu adfinem tuam superbissimis et crudelissimis verbis reppulisti; sen 17. inimici vultum superbissimum subiit; Quinct 97. — B. quae (natio) superbos non aspernatur, non odit? leg I 32.

supercilium, Augenbraue, Dünkel, Hochmut: I. 1. altero ad frontem sublato, altero ad mentum depresso supercilio; Piso 14. qui idcirco capite et superciliis semper est rasis, ne ullum pilum viri boni habere dicatur; Q Rosc 20. tollo: s. deprimo. 2. sum: s. I. rado. — II. 1. ex superciliorum aut remissione aut contractione indicabimus . .; of I 146. — 2. hunc Capuae Campano supercilio ac regio spiritu cum videremus; agr II 93. — III. quas (libidines) fronte et supercilio contegebat; prov 8. superiora superciliis obducta sudorem repellunt; nat II 143.

superficies, Fläche, Gebäude: superficiem consules ex senatus consulto aestimabunt; A IV 1, 7. nobis superficiem aedium consules de consilii sententia aestimarunt HS viciens; A IV 2, 5.

superfluo s. supra, B, I. fluo.

superl — s. **supral —**

supero, reichlich vorhanden sein, übrig sein, überlegen sein, überwinden, siegen, besiegen, übertreffen: I, 1. uter est divitior, cui deest an cui superat? par 49. — 2. superavit postea Cinna cum Mario; Catil III 24. si quid aeri meo alieno superabit et emptionibus; A XIII 46, 4. et deesse aliquam partem et superare mendosum est; de or II 83. pecunia superabat? at egebas; orat 223. non semper superet vera illa et derecta ratio; Cael 42. — II. ceteros a Crasso semper omnes, illo autem die etiam ipsum a se superatum; de or III 3. in quo etiamsi multi mecum contendent, tamen omnes facile superabo; ep V 8, 4. f. regem. quando quidem virtute superavit aetatem; Phil XIV 28. bibliothecas omnium philosophorum unus mihi videtur XII tabularum libellus et auctoritatis pondere et utilitatis ubertate superare; de or I 195. omnibus hostium copiis terra marique superatis; Catil II 29. etsi non dubitabam, quin hanc epistulam multi nuntii, fama denique esset ipsa sua celeritate superatura; Q fr I 1, 1. qui (pater tuus) eum suis laudibus tum vero te filio superasset omnium fortunam, si . .; ep II 2. te hominem prudentissimum dicendi arte superabit; de or I 66. simul atque hostis superatus esset; Ver III 125. varietates iniuriasque fortunae facile veterum philosophorum praeceptis instituta vita superabat; fin IV 17. si subitam orationem commentatio et cogitatio facile vincit, hanc ipsam profecto diligens scriptura superabit; de or I 150. quorum maiores Antiochum regem classe Persemque superarunt; imp Pomp 55. quam regionem cum superavit animus; Tusc I 43. cuius (solis) magnitudine multis partibus terra superatur; nat II 102. ille Metellorum clarissimos triumphos gloria et laude superavit; Planc 89. varietates: s. iniurias.

supersedeo, überhoben sein, sich ersparen, unterlassen: sunt, qui putant ‖ putent ‖ non numquam posse complexione ‖ n. c. oportere ‖ supersederi; inv I 72. ut supersedeas hoc labore itineris; ep IV 2, 4. non minus rerum non necessariarum, quam verborum multitudine supersedendum est; inv I 28. exemplorum multitudine supersedendum est; inv II 57. omnino narratione supersedendum est; inv I 30.

superstes, Zeuge, überlebend: A. superstitem te esse rei publicae; ep VI 2, 3. si haec vita (est), superstitem rei publicae vivere; ep IX 17, 1. utinam te non solum vitae, sed etiam dignitatis meae superstitem reliquissem! Q fr I 3, 1. qui precabantur, ut sibi sui liberi superstites essent, superstitiosi sunt appellati; nat II 72. — B. „SUIS UTRISQUE SUPERSTITIBUS PRAESENTIBUS ISTAM VIAM DICO“; Muren 26.

superstitio, abergläubische Scheu, Aberglaube: I. accedit superstitio muliebris quaedam; Tusc III 72. superstitio, quae religioni propinqua est; inv II 165. — II, 1. quae res genuit superstitiones paene aniles; nat II 70. horum sententiae omnium non modo superstitionem tollunt, sed etiam religionem; nat I 117. — 2. huic barbarae superstitioni resistere severitatis fuit; Flac 67. — 3. omnium rerum natura cognita levamur superstitione; fin I 63. — III. anile sane et plenum superstitionis fati nomen ipsum; div II 19. — IV. nec illa infinita ratio superstitionis probabitur; nat III 52. — V. qua (divinatione) tanta imbueremur superstitione, ut . .; nat I 55. ne iis (auspiciis) susceptis anili superstitione obligemur; div I 7. qui (di) hominum vitam superstitione omni referserunt; nat II 63.

superstitiose, abergläubisch: neque id dicitis superstitiose atque aniliter, sed physica constantique ratione; nat III 92.

superstitiosus, abergläubisch: A. quid mirum, si in divinatione imbecilli animi superstitiosa ista concipiant? div II 81. externa auguria, quae sunt non tam artificiosa quam superstitiosa, videamus; div II 76. nisi quem forte illius castissimi sacerdotis superstitiosa dedicatio deterret; dom 103. isti philosophi superstitiosi et paene fanatici; div II 118. nimis superstitiosam de divinatione Stoicorum sententiam indicabam; div II 100. — B. ita factum est in superstitioso et religioso alterum vitii nomen, alterum laudis; nat II 72. s. **superstes;** nat II 72.

supersum, übrig sein, übrig bleiben, ausreichen, im Überfluß vorhanden sein: cum heri ipse dixeris te nobis etiam superfuturum; rep III 32. ut vis eius rei, quam definias, sic exprimatur, ut neque absit quicquam neque supersit; de or II 108. sciunt, quid responderit, quid supersit; de or II 355. quod superest, abs te peto, ut . .; ep XIII 41, 2. quod superest, scribe, quaeso, quam accuratissime, quid placeat; A IX 19, 4. ut nulli supersint de inimicis; Marcel 21. superest nobis hoc otium; Tusc III 83. hae duae partes, quae mihi supersunt, inlustrandae orationis; de or III 91. quod vectigal superest domesticum praeter vicensi-

Digitized by Google

mam? A II 16, 1. vereor, ne iam superesse mihi verba putes, quae dixeram defutura; ep XIII 63, 2.

supervacaneus, überzählig, überflüssig, unnütz: ut nihil eorum (membrorum) supervacaneum sit; nat II 121. perspecta fide commemoratio officiorum supervacanea est; ep III 5, 1. vereor, ne meas litteras supervacaneas arbitrentur; A XVI 2, 5. conditiora facit haec supervacaneis etiam operis aucupium atque venatio; Cato 56.

superus, obere, hoch, mächtig, überlegen, vorzüglich, bejahrt, vorhergehend, früher, letzte: A. **superus**: I. ut (Scipio) ad superos videatur deos potius quam ad inferos pervenisse; Lael 12. »Nixus iam supero ferme depulsus lumine cedit«; fr H IV, a, 620. »cum supera sese satiavit luce«; fr H IV, a, 610. tres viae sunt ad Mutinam, a supero mari Flaminia, ab infero Aurelia, media Cassia; Phil XII 22. quae (terra) ipsa alatur vicissim a superis externisque naturis; nat II 83. sunt homines quasi spectatores superarum rerum atque caelestium; nat II 140. — II, **a.** unde haec in terram nisi ab superis defluere potuerunt? nat II 79. nullos a superis impendere metus; nat I 45. — **b,** 1. lunam, stellas, supera denique omnia stare censet; Ac II 123. — 2. cogitantes supera atque caelestia haec nostra contemnimus; Ac II 127. — 3. »exiguo superum quae (Ara) lumina tempore tranat«; fr H IV, a, 429.

B. **superior**: I. superioris filius Africani; of I 121. ut ii, qui sunt in amicitiae necessitudine superiores, exaequare se cum inferioribus debent, sic . .; Lael 71. se largitione ipsa superiorem quam hunc (Caesarem) fore; A IX 9, 2. accessisse ad superiores aegritudines praeclaras generi actiones; A XI 12, 4. captum erat forum anno superiore; Sest 85. quod idem contigerat superioribus bellis civilibus; Phil XIV 24. neque superioribus consulibus neque nobis; Catil III 20. superiorum dierum disputationibus; Tusc V 76. »qui eventus humanos superiores quam suos animos esse ducunt; Tusc IV 61. superioris generis huius modi sunt exempla; of I 7. Lyceum (id enim superiori gymnasio nomen est); div I 8. vita erepta est superiore indicio; Sulla 89. quae superiore libro scripta sunt; div II 8. te omnia cum superioribus saepe litteris tum proximis temptasse intellego; A XI 17, (1). haec agebantur in conventu, palam, de sella ac de loco superiore; Ver IV 86. omnia superioris noctis consilia ad me perlata esse sentiunt; Catil II 6. illa superior fuit oratio necessaria, haec erit voluntaria; Q Rosc 15. quorum superiore tempore vera fuerit instantia; fat 27. nos ob aliqua scelera suscepta in vita superiore poenarum luendarum causa natos esse; fr F V 95. — II, **a,** 1. ex qua (natura) superiores sensus et mentem effici rebantur; Ac I 39. — 2. omnes P. Lentulus me consule vicit superiores; of II 57. — 3. quam ob rem (Zeno) a superiorum auctoritate discederet; fin IV 44 cum successor aliquid immutat de institutis superiorum; Flac 33. — 4. indignum est a pari vinci aut superiore; Quinct 95. — **b,** 1. ea laudabilia, illa autem susperiora naturalia nominantur; fin IV 58. cuius (Bruti) ut superiora omittam; Phil V 35. — 2 hoc sic expositum dissimile est superiori; fin IV 15.

C. **supremus**: animal hoc providum praeclara quadam condicione generatum esse a supremo deo; leg I 22. placere eum quam amplissime supremo suo die efferri; Phil IX 16. supremo vitae die; Tusc I 71. »ollis salus populi suprema lex esto«; leg III 8. a suprema regione; Tim 26. »incestum pontifices supremo supplicio sanciunto«; leg II 22.

D. **summus**: I. quem (Cratippum) ego parem summis Peripateticis iudico; div I 5. in quo (inani) nihil nec summum nec infimum sit; fin I 17. non satis intellego, quid summum dicas esse. „summum, quo nihil sit superius“; Tusc II 44. summus inter nos amor et mutuus; ep XIII 50, 1. videmus ex eodem quasi ludo] summorum in suo cuiusque genere artificum et magistrorum exisse discipulos dissimiles inter se; de or III 35. pocula quaedam Mentoris manu summo artificio facta; Ver IV 38. quae (res) nunc ab uno summa auctoritate et scientia sustinetur; leg I 17. summa in rem publicam merita beneficiaque eorum; Phil VI 6. tua summa erga me benivolentia; ep IV 7, 1. in quo omnes summum consilium, summam gravitatem esse cognovistis; imp Pomp 68. nisi eius summam fidem, continentiam, pietatem, innocentiam ostendero; Planc 3. in summa amicorum copia; Balb 63. eum maiores summum admisisse dedecus existimabant; Sex Rosc 111. in quo summa est dignitas; Muren 76. summa tribunorum plebis praetorumque fide et diligentia sublevati; sen 18. qua de re cum sit inter doctissimos summa dissensio; fin I 11. cum summis doloribus conficiatur; fin V 80. in summo errore necesse est homines versari; nat I 2. pro summa familiaritate nostra; Phil XI 23. exspectatio summa hominum, quidnam id esset; Ver V 16. fides: ſ. continentia, diligentia. quale mihi videatur illud (eloquentiae genus), quo ‖ cui ‖ nihil addi possit, quod ego summum et perfectissimum iudicem; orat 3. gravitas: ſ. consilium. quod saepe hieme summa navigarit; ep XIII 60, 2. mihi in summos homines ac summis ingeniis praeditos intuenti; de or I 6. Decimus Brutus, summus vir et imperator; Arch 27. a summis imperiis et summis potestatibus concilia instituta; leg II 31. ingenia: ſ. homines. quo genere ab sociis maxima pecunia per summam iniuriam auferatur; Ver III 224. innocentia: ſ. continentia. ut illa divina mens summa lex est; leg II 11. Licinia, virgo Vastalis, summo loco nata; dom 136. magistri: ſ. artifices. summum malum est vivere cum dolore; fin I 41. merita: ſ. beneficia. summa eius erga me officia exstiterunt; ep XIII 60, 1. quae (artes) sine summo otio non facile discuntur; Balb 15. summum esse periculum, ne . .; A V 21, 13. pietas: ſ. continentia. qui summam potestatem haberet; Ver IV 141. ſ. imperia. si homines non eruditi summam essent prudentiam atque incredibilem eloquentiam consecuti; de or II 1. Dianae simulacrum, summa atque antiquissima praeditum religione; Ver IV 72. uti sententiae de summa re publica libere dici possint; Phil III 37. cui cetera summa cum salute rei publicae commissa sunt; imp Pomp 50. scientia: ſ. auctoritas. cum (Marius) esset summa senectute; Quir 19. summo splendore praeditus frater eius; Cael 24. summo studio illius praeclara acta defendo; Phil I 17. Catonem, summum et singularem virum; Bru 293. ſ. imperator. erat summa voluntas senatus; Ver II 95. si non dolere voluptas sit summa; fin II 28. cum summa utilitate rei publicae; of II 85. — II, **a,** 1. omnes te summi, medii, infimi oderunt; Phil XIII 45. cum par habetur honos summis et infimis, qui sint in omni populo necesse est, ipsa aequitas iniquissima est; rep I 53. — 2. habeo: ſ. 1. sunt. — 3. is sermo, qui more maiorum a summo adhibetur in poculo; Cato 46. — **b,** 1. in uno Cn. Pompeio summa esse omnia; imp Pomp 51. — 2, a. quo duce omnia summa sit adeptus; Marcel 21. me, quod τέλος Graeci dicunt, id dicere tum extremum, tum ultimum, tum summum; fin III 26. sese de attributione omnia summa fecisse; A XV 13, 5. — b. est virtus nihil aliud nisi perfecta et ad summum perducta natura; leg I 25. — 3. deus illum (mundum) effecit a medio ad summum parem; Tim 20. — III. excepto uno aut summum altero; ep V 21, 1. exspectabam hodie aut summum cras ab eo tabellarios; A XIII 21, 2. scies fortasse cras, summum perendie; A XII 44, 3. respondit triduo illum aut summum quadriduo esse periturum; Milo

Digitized by Google

26. ex primis aut summum secundis litteris tuis constituere poterimus, quid nobis faciendum sit; ep XIV 3, 5. a te bis terve summum et eas (litteras) perbreves accepi; ep II 1, 1. cum in Sicilia HS binis tritici modius esset, summum HS ternis; Ver III 189.

supinus, nach rückwärts: si animal omne, ut vult, ita utitur motu sui corporis, prono, obliquo, supino; div I 120. supina etiam ora cernuntur depulsione luminum; Tim 49.

suppaenitet, ein wenig bereuen: et illum (Caesarem) furoris et hunc nostrum copiarum suppaenitet; A VII 14, 1.

suppar, ziemlich gleich: huic aetati suppares Alcibiades, Critias, Theramenes; Bru 29.

suppeditatio, Überfluß: quae ergo vita? suppeditatio, inquis, bonorum nullo malorum interventu; nat I 111.

suppedito, ausreichen, vorhanden sein, beistehen, unterstützen, darbieten, verschaffen: I. nos iuveni, ut rogas, suppeditabimus; A X 12, 7. quoniam et ingenium suppeditat et amor; A IX 7, 7. facile suppeditat omnis apparatus ornatusque dicendi; de or III 124. ne chartam quidem tibi suppeditare? ep VII 18, 2. ingenium: f. amor. innumerabilitas suppeditat atomorum; nat I 109. ornatus: f. apparatus. Carbo, cui vita suppeditavit; Bru 105. — II. quia (hic homo) suppeditat nobis, ubi animus reficiatur; Arch 12. — III. omissis his rebus, quibus nos suppeditamur; Catil II 25. Ciceroni meo suppeditabis, quantum videbitur; A XIV 17, 5. domus suppeditat mihi hortorum amoenitatem; Q fr III 1, 14. auctoritatem: f. ingenium. duriorum accusatio suppeditabit exempla, mitiorum defensiones meae; orat 131. qui (di) induti specie humana fabulas poëtis suppeditaverunt; nat II 63. quod non ingenium mihi solum suppeditatum fuerit tuum, sed etiam auctoritas clarissimi viri; ep V 12, 7. creditores regis aperte pecunias suppeditant contra Lentulum; Q fr II 2, 3. si rem frumentariam sibi ex provinciis suppeditari vellet; A VIII 1, 2. ut sit, unde nobis suppeditentur sumptus necessarii; A XI 13, 4. prudentiam introducunt scientiam suppeditantem voluptates, depellentem dolores; of III 118.

suppedo, Wind von sich geben: suppedit suppedet , flagitium est; iam erit nudus in balneo, non reprehendes; ep IX 22, 4.

suppetior, Hülfe leisten: de Patulciano nomine, quod mihi † suspendiatus ‖ suppetiatus, al. ‖ est, gratissimum est; A XIV 18, 2.

suppeto, ausreichen, reichlich vorhanden sein: ex quibus ad augendum permulta suppetunt; part or 56. ut mihi ad remunerandum nihil suppetat praeter voluntatem; ep XV 13, 2. ut cotidianis sumptibus copiae suppetant; Tusc V 89. vererer, ne mihi crimina non suppeterent; Ver I 31. cui res non suppetat, verba non desint; de or III 142. si vita suppetet; fin I 11.

supplanto, ein Bein stellen: supplantare eum, quocum certet, nullo modo debet; of III 42.

supplementum, Ergänzung: ut in Italia supplementum meis et Bibuli legionibus scriberetur; ep III 3, 1.

suppleo, ergänzen, vervollständigen: de bibliotheca tua Graeca supplenda valde velim ista confici; Q fr III 4, 5. ut referendis praeteritis verbis id scriptum suppleatur; de or II 110. te supplere illum usum provinciae (voluerunt); Ver IV 9.

supplex, bittend, flehend: A. veniebat ad me Autronius multis cum lacrimis supplex, ut se defenderem; Sulla 18. si fuit magni animi non esse supplicem victori; ep IV 9, 4. parens tuus Catilinae fuit advocatus, improbo homini, ut supplici; Sulla 81. quam multitudinem videtis in squalore et luctu supplicem vobis; Planc 21. ne blanda aut supplici oratione fallamur; Phil VII 26. orat multis et supplicibus verbis, ut . .; A XII 32, 1 (2). — B, I, 1. levate hunc aliquando supplicem vestrum; Cluent 200. — 2. defendebant amicum, aderant supplici; Sulla 81. quid tam regium quam opem ferre supplicibus? de or I 32. — II. sin autem repudiatio supplicum superbiam coarguit; Muren 9.

supplicatio, Dankfest, Bettag: I, 1. ut C. Pansa A. Hirtius consules supplicationes per dies quinquaginta ad omnia pulvinaria (constituant); Phil XIV 37. cum supplicationem dierum decem decrevistis; prov 27. ut supplicatio nobis quam honorificentissime quam primumque decernatur; ep III 9, 4. tu idem mihi supplicationem decrevisti togato non ut multis re publica bene gesta, sed ut nemini re publica conservata; ep XV 4, 11. ille gurges atque helluo ausus est a senatu supplicationem per litteras postulare; Piso 41. — 2. gratulans mihi Caesar de supplicatione; A VII 1, 7. de supplicationibus referebatur; Phil I 12. — II, 1. his supplicationum otiosis diebus; Q fr III 8, 3. tanta multitudine hostium interfecta clarissimis ducibus supplicationum honorem tribuemus, imperatorium nomen adimemus? Phil XIV 12. — 2. senatus consultum de supplicatione per discessionem fecit; Phil III 24.

suppliciter, demütig: quas litteras cum ad omnes civitates prope suppliciter misisset Metellus; Ver III 46. cum defensor suppliciter demisseque responderat; Flac 21.

supplicium, Strafe, Bestrafung, Marter, Hinrichtung: I, 1. supplicium est poena peccati; Piso 43. — 2. exsilium non supplicium est, sed perfugium portusque supplicii; Caecin 100. — II, 1. ut numquam dubitaret supplicia, quae in convictos maleficii servos constituta sunt, ea in cives Romanos expromere; Ver V 139. qui supplicium dederit indemnatus; inv II 85. expromo: f. constituo. exquiro: f. 3. proficiscor ad. cum idem supplicium minatur optimis civibus, quod ego de sceleratissimis ac pessimis sumpserim; Phil III 18. qui pro meis maximis in rem publicam meritis supplicia miserrima et crudelissima pertulissem; A VIII 11, D, 7. quod supplicium satis acre reperietur in eum? Sex Rosc 37. si de indemnato supplicii sumendi potestas data sit; inv II 84. supplicium sumitur de miseris parentibus nauarchorum; Ver V 117. f. minor. — 2. hisce omnibus suppliciis sunt liberati; Ver V 14. — 3. qui in campo Martio crucem ad civium supplicium defigi et constitui iubes; Rabir 11. si tu apud Persas ad supplicium ducerere; Ver V 166. neque tum (Regulus) ignorabat se ad exquisita supplicia proficisci; of III 100. qui ob facinus ad supplicium rapiendi videntur; de or II 238. aliquid de summo supplicio remitteres; Ver V 168. homines ad supplicium traditi; Ver V 11. — III, 1. sitne supplicio dignus? inv II 95. quid suppliciis omnibus dignius? Phil II 86. — 2. non mitior in supplicio, sed diligentior esse coepit; Ver V 157. — IV. qui vestram libertatem non acerbitate suppliciorum infestam esse voluerunt; Rabir 10. quam multos divini supplicii metus a scelere revocarit; leg II 16. perfugium, portus: f. I, 2. in quo (homine) aliqui si non famae pudor, at supplicii timor est; prov 14. — V, 1. ut summo supplicio vilicum adficiat; Ver III 119. ut viri fortes acrioribus suppliciis civem perniciosum quam acerbissimum hostem coërcerent; Catil I 3. qui scelus fraudemque nocentis possit supplicio constringere; de or I 202. vos legatum omni supplicio interfectum relinquetis? imp Pomp 11. summo cruciatu supplicioque Q. Varius periit; nat III 81. quod tu supplicio puniendum putasti; dom 76. — 2. alterum rus supplicii causa relegasse; Sex Rosc 46 agitur, victurine simus an

Digitized by Google

cum supplicio perituri; Phil IV 12. quas res crudelitas in suppliciis efficere potuisset; div Caec 3.

supplico, flehen, anflehen, anrufen: I, 1. numquam erit tam oppressus senatus, ut ei ne supplicandi quidem sit potestas; Sest 52. — 2. quia (pater) pro filio supplicabat; Planc 24. — II. neque Caesari solum, sed etiam amicis eius omnibus pro te libentissime supplicabo; ep VI 14, 3. quae (res) vestris animis pro huius innocentis salute supplicent; Font 41. quibus (familiarissimis Caesaris) ego supplicare non destiti; ep VI 13, 2. nihil iam est, quod populo supplicetur; Planc 14. ut ii, qui a senatu de me rogabantur, eidem senatui pro me supplicarent; Sest 130.

supplodo, aufstampfen: pedem nemo in illo iudicio supplosit; de or I 230.

supplosio, Aufstampfen: I. supplosio pedis in contentionibus aut incipiendis aut finiendis; de or III 220. non crebra supplosio pedis; Bru 158. pedis, quod minimum est, nulla supplosio; Bru 278. — II. vereor, ne nihil sim tui nisi supplosionem pedis imitatus; de or III 47.

suppono, unterlegen, unterwerfen, anführen, unterordnen, an die Stelle setzen, unterschieben: I. ut ille suppositus facile se illum, qui non erat, esse simularet; Ver V 70. iste homo nefarius in eorum locum substituere et supponere coepit cives Romanos; Ver V 72. unius cuiusque constitutionis exemplum supponere non gravaremur; inv II 156. supposuit exemplum epistulae Domitii; A VIII 6, 3. anitum ova gallinis saepe supponimus; nat II 124. huic generi Hermagoras partes quattuor supposuit; inv I 12. qui supposita persona falsum testamentum obsignandum curaverit; Cluent 125. supponatur ab heredibus haec ratio; inv II 63. in distributis supposita ratio; de or III 207. ius esset testamenta falsa supponere; leg I 43. — II. Hieras criminibus illis pro rege se supponit reum; Deiot 42.

suppressio, Unterschlagung: (Staienus) statuit ad easdem esse sibi praedas ac suppressiones iudiciales revertendum; Cluent 68.

supprimo, hemmen, zurückhalten, unterschlagen: erit, ut voce, sic etiam oratione suppressior; orat 85. tollere aegritudinem aut supprimere; Tusc III 75. quorum nummos suppressos esse putant; Cluent 75. suppressam esse ab eo pecuniam; Cluent 78. qui cum suppressa voce de scelere P. Lentuli dixisset; Sulla 30.

suppudet (subp.), sich etwas schämen: quod eorum (librorum) me subpudebat; ep IX 1, 2. puto te iam suppudere, quem . .; ep XV 16, 1.

supra (supera), oben, oberhalb, über, früher, darüber hinaus, mehr: A, I. quod os supra terram non exstaret; leg II 57. quae (ratio recta) supra hominem putanda est deoque tribuenda; nat II 34. cum (mare) supra terram sit; nat II 116. »tantum supera terras semper tenet ille curriculum; at subter terras« . .; fr H IV, a, 555. — II. deus ipse solem quasi lumen accendit ad secundum supra terram ambitum; Tim 31. — III. accubueram hora nona apud Volumnium Eutrapelum, et quidem supra me Atticus, infra Verrius; ep IX 26, 1. de qua muliere versus plurimi supra tribunal et supra praetoris caput scribebantur; Ver III 77. ecce supra caput homo levis ac sordidus, Catienus; Q fr I 2, 6. — B, I. »appositum poteris supera cognoscere Piscem«; fr H IV, a, 253. quod supra dixi; de or II 303. saepe supra feret quam fieri possit; orat 139. ut nimis redundantes nos et supra fluentes ‖ superfluentes ‖ iuvenili quadam dicendi impunitate et licentia reprimeret; Bru 316. supra impositum puteal accepimus; div I 33. Pisonis amor in omnes nos tantus est, ut nihil supra possit; ep XIV 1, 4. eos (dialogos) confeci et absolvi nescio quam bene, sed ita accurate, ut nihil posset supra; A XIII 19,3. illa polliceor, quae supra scripsi; ep VI 10, 2. dum modo supra sit, quod sumitur, quam id, ad quod sumitur; Top 39. innumerabiles supra infra, dextra sinistra mundos esse? Ac II 125. »iam supera cernes Arcti caput esse minoris«; fr H IV, a, 320. — II. omnia haec, quae supra et subter, unum esse; de or III 20. quid supra? iustissimus (rex erat); rep I 58.

supralatio, Übertreibung, Hyperbel: augendi minuendive causa veritatis supralatio ‖ superlatio ‖ atque traiectio; de or III 203.

supralatus, übertrieben, hyperbolisch: verba ponenda sunt non vulgaria, supralata ‖ superlata ‖ in primisque tralata; part or 53.

sura, Wade: I. »dextrum genus et decoratam lumine suram erigit ille vacans vulgato nomine Nixus«; fr H IV, a, 646. — II. »hunc (lacteum orbem) sura laeva Perseus umeroque sinistro tangit«; fr H IV, a, 501.

surculus, Reis, Setzling: ut (amissam possessionem) surculo defringendo usurpare videantur; de or III 110. da mihi ex ista arbore, quos seram, surculos; de or II 278.

surdaster, schwerhörig: erat surdaster M. Crassus; Tusc V 116.

surditas, Taubheit: in surditate quidnam est mali? Tusc V 116.

surdus, taub: A. nos in iis linguis, quas non intellegimus, surdi profecto sumus; Tusc V 116. satis erit non surdum iudicem huic muneri praeesse; Font 25. — B. licet surdos ad oculorum (voluptatem traducere); Tusc V 117.

surgo (subrigo: f. satelles), sich erheben, aufstehen, vom Schlafe aufstehen, emporsteigen: multo ante lucem surrexit; inv II 14. commotus Crassus surrexit; de or II 12. cum surgat is, qui dicturus sit; Bru 290. non recordor, unde ceciderim, sed unde surrexerim; A IV 18, 2. cum ante lucem de Sinnessano surrexissem; A XVI 13 (a), 1. »hic Iovis altisoni subito pinnata satelles arboris e trunco subrigit«; div I 106. (testes) ex accusatorum subselliis surgunt; Flac 22.

surripio (subripio; surrupio: f. II. consultum), wegnehmen, entwenden, entziehen: I. si qui clam subripiat aut eripiat palam; Ver IV 134. — II. qui a Naevio vel sumpsisti multa, si fateris, vel, si negas, surripuisti; Bru 76. f. spatium. „cupivi", inquit, „fasces ex senatus consulto surrupto ‖ surrepto ‖"; A X 4, 9. qui ex eius custodia per insidias regis amici filium hostem captivum surripuisset; dom 66. orator surripiat oportet imitationem, ut is, qui audiet, cogitet plura, quam videat; de or II 242. Dionysius, servus meus, cum multos libros surripuisset, aufugit; ep XIII 77, 3. cum ex aede Herculis patera aurea gravis subrepta esset; div I 54. ne actor quidem est is, cui reus tam nocens aut occulte subripi aut impune eripi possit; Ver I 10. surripiendum aliquid putavi spatii; A V 16, 1. si quaeratur, fur sit an sacrilegus, qui vasa ex privato sacra surripuerit; inv II 55. quae (virtus) nec eripi nec subripi potest; par 51.

sursum, sursus, aufwärts, oben: naturis his ‖ iis ‖ sursus deorsus, ultro citro commeantibus; nat II 84. ut idem quasi sursum versus retroque dicatur; part or 24. cum gradatim sursum versus reditur; orat 135. nares recte sursum sunt; nat II 141. † sed multum ea philosophia sursum deorsum; A V 10, 5.

transfero (trafero), tragen, hinübertragen, versetzen, übertragen, übersetzen, wenden, anwenden: a regendis civitatibus totos se ad cognitionem rerum transtulerunt; de or III 56. Naevius trans Alpes usque transfertur; Quinct 12. in hos ‖ eos ‖ deos ex hominum genere in caelum translatos non re, sed opinione esse dicunt; nat III 53. ut te ad se traferret ‖ transf. ‖; ep XVI 4, 2. translatum est, quod aliud conficit, quam causae genus postulat; inv I 26. ea traferri oportet, quae clariorem faciunt rem; de or III 157. haec, quae aut immutata esse dixi aut aliter intellegenda ac dicerentur, sunt tralata quodam modo; de or III 169. quae modo de scripto sententiaque praecepimus, eadem huc omnia transferemus; part or 138. quod publicani me rogarunt ut de tuo edicto totidem verbis transferrem in meum; ep III 8, 4. me ab omnibus molestiis abducam transferamque animum ad ea, quibus . . ; ep V 13, 5. in fundum non instrumentum aut ornamenta villae, sed eiam arbores transferebantur; dom 62. hunc (ἀρχέτυπον) tu tralatum in macrocollum lege arcano convivis tuis; A XVI 3, 1. qui a te causam regiam alio traferebant; ep I 4, 1. a cuius (aquilae) altaribus saepe istam impiam dexteram ad necem civium transtulisti; Catil I 24. Homerus humana ad deos transferebat; divina mallem ad nos; Tusc I 65. si hoc exemplum ex re militari ad animadversionem censoriam transferendum est; Cluent 129. humana: ſ. divina. instrumentum: ſ. arbores. posteaquam iudicia ad senatum translata sunt; Ver pr 37. istum ego locum totidem verbis a Dicaearcho transtuli; A VI 2, 3. ad Volusium traferri nomen a Valerio non potuisse; ep V 20, 3. ornamenta: ſ. arbores. te possessiones hereditatum a liberis ad alienos transtulisse; Ver III 16. earum rerum omnium potestatem ad decemviros esse translatam; agr II 54. ubi res ad praetorum libidinem translata est; Ver III 220. quam similitudinem natura ratioque ab oculis ad animum transferens; of I 14. quae (studia) sero admodum expetita in hanc civitatem e Graecia transtulerunt; Tusc IV 1. modus transferendi verbi late patet, de or III 155. indidem verbum unum, quod similitudinem continet, tralatum lumen adferet orationi; de or III 161. quoniam haec vel summa laus est in verbis traferendis, ut sensum feriat id, quod tralatum sit; de or III 163. nolo esse verbum angustius id, quod tralatum sit, quam fuisset illud proprium ac suum; de or III 164. sumpta re simili verba illius rei propria deinceps in rem aliam traferuntur; de or III 167. in transferendis (verbis erit) verecundus; orat 81. tralata (verba) dico, quae per similitudinem ab alia re aut suavitatis aut inopiae causa traferuntur; orat 92. alio transferenda mea tota vita est; sen 22.

transfigo, durchbohren: (Epaminondas) evelli iussit eam, qua erat transfixus, hastam; fin II 97.

transfuga, Überläufer: non omnia illum transfugam ausum esse senatui dicere; div I 100.

transfugio, übergehen: non ab adflicta amicitia transfugere atque ad florentem aliam devolare; Quinct 93.

transfundo, übertragen, ausbreiten: omnem se amorem abiecisse illim atque in hanc transfudisse; Phil II 77. libentius omnes meas (laudes) ad te transfuderim; ep IX 14, 4. sunt alia (studia) liberiora et transfusa ‖ fusa ‖ latius; rep I 30.

transfusio, Vermischung: quam valde eam (gentem putamus) tot transfusionibus coacuisse? Scaur 43.

transgredior, überschreiten: quod (Ti. Gracchus) inauspicato pomerium transgressus esset; div I 33. nisi forte postea coeperunt legare, quam ego Taurum transgressus sum; ep III 8, 5.

transgressio, Übergang, Versetzung: I. est etiam verborum concinna transgressio; de or III 207. — II. non Alpium vallum contra ascensum transgressionemque Gallorum oppono; Piso 81.

transigo, durchführen, beendigen, vermitteln, sich vergleichen, abmachen: I, 1. sin, ut ego metuo, transactum est; ep XIV 4, 3. cum privatis non poterat transigi minore pecunia; A IV 17, 7 (16, 14). — 2. bene fecit A. Silius, qui transegerit; A XII 24, 1. — II. nos hic incredibili ac singulari populi voluntate de C. Macro transegimus; A I 4, 2. — III. nos quod dicamus, facile et commode transigi posse; inv II 118. ut, cum transegerit iam aliquid, definiat; orat 137. Acutilianam controversiam transegeris; A I 4, 1. privato illo iudicio transacto; Ver II 75. potueritne aut magnitudo negotii aut multitudo rerum in eo transigi tempore; inv I 39. ut negotium transigas; ep XIII 14, 2. ut prima quaeque pars, ut exposita est in partitione, sic ordine transigatur; inv I 33. transactis iam meis partibus; de or II 15. res multis querelis de re publica interponendis nulla transacta est; Q fr II 3, 1. res interea fortasse transacta est; A XII 2, 2.

transilio, überspringen: transilire ante pedes posita; de or III 160. ne rem unam pulcherrimam transiliat oratio; Phil II 84.

transitio, Übergang, Durchgang: I. fluentium frequenter transitio fit visionum, ut e multis una videatur; nat I 109. ex quo transitiones perviae „iani" nominantur; nat II 67. (scriptae sunt) ad plebem transitiones; Bru 62. — II. imaginibus similitudine et transitione perceptis; nat I 49.

transitus, Übergang, Vorübergehen: cum (Dionysius) eius fossae transitum ponticulo ligneo coniunxisset; Tusc V 59. si homines transitum tempestatis exspectare potuissent; A II 21, 2.

translaticius (tral.), gewöhnlich, hergebracht: hoc tralaticium est; ep III 8, 4. alterum caput est tralaticium de impunitate, SI QUID CONTRA ALIAS LEGES EIUS LEGIS ERGO FACTUM SIT; A III 23, 2. cum ego in edicto translaticio centesimas me observaturum haberem; A V 21, 11.

translatio (tral.), Übertragung, Versetzung, Ablehnung, Metathesis, Metapher: I. hae tralationes quasi mutuationes sunt, cum, quod non habeas, aliunde sumas; illae paulo audaciores, quae non inopiam vindicant ‖ indicant ‖, sed orationi splendoris aliquid arcessunt; de or III 156. verecunda de-

Digitized by Google

bet esse tralatio, ut deducta esse in alienum locum, non inrupisse atque ut precario, non vi venisse videatur; de or III 165. L. Sullae, C. Caesaris pecuniarum translatio a iustis dominis ad alienos non debet liberalis videri; of I 43. si vereare, ne paulo durior tralatio esse videatur, mollienda est praeposito saepe verbo; de or III 165. ex omni genere frequentissimae tralationes erunt, quod eae propter similitudinem transferunt animos et referunt ac movent huc et illuc; orat 134. f. arcessunt, debet. iam cum fluxerunt || confluxerunt || continuo plures tralationes, alia plane fit oratio; orat 94. fit, ut rarius incidant translationes; inv II 57. (translationes) in iure plerumque versantur, in ipsis autem iudiciis rarius incidunt; inv II 58. inrumpit: f. debet. movent, referunt, transferunt; f. est. versantur: f. incidunt. venit: f. debet. videtur: f. debet, est. vindicant: f. arcessunt. — II, 1. quod omnis tralatio, quae quidem sumpta ratione est, ad sensus ipsos a d m o v e t u r, maxime oculorum; de or III 160. ceteris quoque criminibus defendendis coniecturali constitutione translationem confirmabit; inv II 59. deduco: f. I. debet. verbi tralatio instituta est inopiae causa, frequentata delectationis; de or III 155. mollio: f. I est. sumo: f. admoveo. — 2. translativa dicitur constitutio, quia || quod || actio translationis et commutationis i n d i g e r e videtur; inv I 10. — 3. u t a t u r tralationibus quam mollissimis; orat 85. translatione utens discedebat a verbis propriis rerum ac suis; Top 32. — 4. adulescentem nomen suum isti a d translationem criminis c o m m o d a t u r u m; Ver IV 91. illa videtisne esse non verbi, sed orationis, quae ex pluribus tralationibus conexa sunt? de or III 169. — III. si singula translationum g e n e r a quaeramus; inv II 57.—IV. non numquam etiam brevitas tralatione c o n f i c i t u r, ut illud „si telum manu fugit"; de or III 158.

translativus, übertragend, ablehnend: cum causa ex eo pendet, quia non aut is agere videtur, quem oportet, aut [non] cum eo, quicum oportet, aut . . , translativa dicitur c o n s t i t u t i o, quia quod actio translationis et commutationis indigere videtur; inv I 10. in quarta constitutione, quam translativam nominamus, eius constitutionis est controversia, cum aut quem aut quicum aut quo modo aut apud quos aut quo iure aut quo tempore agere oporteat, quaeritur; inv I 16. cum actio translationis aut commutationis indigere videtur, constitutio translativa appellatur; inv II 57. hic defensor poenae commutationem ex translativo genere inducendo totam infirmabit accusationem; inv II 59.

translator, Übertrager: Verres, ille vetus proditor consulis, translator quaesturae, tantum sibi auctoritatis suscepit, ut . . . Ver V 152.

transmarinus (tram.), jenseits des Meeres, überseeisch: non esse nos transmarinis nec importatis a r t i b u s eruditos, sed genuinis domesticisque virtutibus; rep II 29. quid M. Catoni praeter hanc politissimam doctrinam tramarinam atque adventiciam defuit? de or III 135. privatam rem transmarinam obire; imp Pomp 53. quid omnia transmarina vectigalia invabunt? agr II 80.

transmissio, Überfahrt: I. quod ab ea urbe transmissio in Graeciam l a u d a b a t u r; Phil I 7. — II. quam (navigationem) ego valde timebam recordans superioris tuae transmissionis δέρρεις; A IV 19 (17), 1.

transmitto (tram.), übersetzen, darüber hinziehen, anvertrauen, widmen: I, 1. nunc nihil potest nisi supero (mari) tramitti; A IX 3, 1. — 2. ne (Caesar) in Africam ante brumam transmitteret; div II 52. eosdem aiebant nuntiare te prima navigatione transmissurum; Q fr II 4, 7. (Lentulum) ante puto tramissurum, quam potuerit conveniri; A VIII 11, 5. inde tramittebam; A XVI 7, 1. — II. quin huic hoc tantum b e l l u m transmittendum sit; imp. Pomp 42. grues cum loca calidiora petentes maria transmittant; nat II 125. duo sinus fuerunt, quos tramitti oporteret, Paestanus et Vibonensis. utrumque pedibus aequis tramisimus; A XVI 6, 1. omne meum tempus amicorum temporibus transmittendum putavi; imp Pomp 1.

transporto, hinüberführen: e x e r c i t u s in Graeciam transportari; A IX 18, 1. de pueris in Graeciam transportandis tum cogitabam, cum . .; A VII 17, 1.

transscribo, abschreiben: qui transscripserit t a b u l a s publicas; nat III 74. testamentum in alias tabulas transscriptum signis adulterinis obsignavit; Cluent 41.

transvectio, (trav.), Überfahrt: num t e travectio Acherontis (terret)? Tusc I 10.

transvehor, hinüberfahren: »nemo haec umquam est transvectus caerula cursu, quin astiterit«; fin V 49.

transverbero, durchbohren: »qua miser sollertia transverberatus castrum hoc Furiarum incolo«; Tusc II 23. cum praeclara bestia venabulo transverberatur; ep VII 1, 3.

transversus (trav.), quer, schräg, seitwärts, verkehrt: A. ab hac (regula) mihi non licet transversum, ut aiunt, d i g i t u m discedere; Ac II 58. cuius in adulescentiam traversa incurrit misera fortuna rei publicae; Bru 331. M'. Manilium nos etiam vidimus transverso ambulantem foro; de or III 133. venio ad transversum illum extremae epistulae tuae versiculum; A V 1, 3. (urbis partes) multis tranversis (viis) divisae; Ver IV 119. nec „transversum unguem", quod aiunt, a stilo; ep VII 25, 2. „quemque a recta conscientia traversum unguem non oportet discedere"; A XIII 20, 4. — B. ecce autem d e traverso L. Caesar ut veniam ad se rogat in Nemus; A XV 4, a (5). ecce tibi e transverso Lampsacenus Strato; Ac II 121.

trapezophorum, Tischhalter: quod tibi destinaras trapezophorum, si te delectat, habebis; ep VII 23, 3.

trav — f. transv —

treceni, je dreihundert: singulis censoribus denarii treceni || trecenti || ad statuam praetoris imperati sunt; Ver II 137.

trecentesimus, dreihundertste: anno trecentesimo quinquagesimo || quinq. ccc, al. || fere post Romam conditam; rep I 25.

trecenti, dreihundert: Leonidas trecentos eos, quos eduxerat Sparta, opposuit hostibus; fin II 97. qui (Demosthenes) abhinc annos prope trecentos fuit; div II 118. cives: f. viros. Q. Apronium ccc milia mod. tritici lucri nomine sustulisse? Ver III 107. porticum trecentum pedum concupierat; dom 116. ad trecentos fortissimos viros civesque optimos trucidavit; Phil III 10.

tremebundus (tremib.), zitternd: si postem tremibunda m a n u tetigit; dom 134. »Aquila igniferum mulcens tremebundis aethera pinnis«; fr H IV, a, 329.

tremefacio, erzittern machen: »cum se gravido tremefecit corpore tellus«; div I 18.

tremo, zittern: locus est familiaris: „sapiens si algebis, tremes"; de or II 285. Hectorem toto pectore trementem; Tusc IV 49. quodsi tibi prorogatum imperium viderem, tremerem animo, quod..; Q fr I 1, 4. cum a me trementibus omnino labris requirebas . .; Piso 82. me trementi voce exsulem appellavit; Q fr III 2, 2.

tremor, Zittern: ex quo fit, ut tremorem pallor c o n s e q u a t u r; Tusc IV 19. nihil ut esset, qui distingueretur tremor ille et pallor; Ac II 48.

Digitized by Google

tremulus, zitternd, Zittern verursachend: »vidisti claro tremulos ardore cometas«; div I 18. »tremulo quatietur frigore corpus«; fr H IV a, 302.

trepidatio, Unruhe: num quae trepidatio, num qui tumultus? Deiot 20.

tres, drei: A. principio Ioves tres numerant ii, qui theologi nominantur; nat III 53. sic quattuor perturbationes sunt, tres constantiae; Tusc IV 14. aestimavit denariis III; Ver III 214. interitus exercituum, ut proxime trium, saepe multorum; of III 20. si id in adoptione satis est trium esse horarum; dom 41. Crassus tres legatos decernit; ep I 1, 3. tres libri perfecti sunt de natura deorum; div II 3. cum venissent decumae medimnum III; Ver III 90. coacti sunt dare HS III milia; Ver III 100. duo milia nummum aut summum tria dedisset; Ver III 201. eorum trium (orbium deus) fecit pares celeritates, sed quattuor dissimiles trium reliquorum; Tim 25. de tribus proavis (iam diximus); Bru 212. ut illa prudentia in earum trium rerum aliqua versetur; fin V 18. duobus spatiis tribusve factis; de or I 28. accusabat ille quidem Scamandrum verbis tribus; Cluent 50. — B, I. cum (Chrysippus) gradatim interrogetur verbi causa, tria pauca sint anne multa; Ac II 93. — II. summa gloria constat ex tribus his; of II 31. — III. quam (proportionem comparationemque) habent ducenta quinquaginta *sex* cum ducentis quadraginta tribus; Tim 24.

triangulum, triangulus, Dreieck: I. basis trianguli, quem efficiunt grues, ea tamquam a puppi ventis adiuvatur; nat II 125. ea triangula illi et quadrata nominant; div II 89. — II. basis: ſ. I.

tribuarius, die Tribus betreffend: in hoc sodaliciorum tribuario crimine; Planc 47. in hac tribuaria (re); Planc 36.

tribulis, Mitglied derselben Tribus, Zunftgenosse: I. Herennium quendam, tribulem tuum, agere coepisse . .; A I 19, 5. — II, 1. Philotimo tribulibus commendatis; Q fr III 1, 1. Plancium tribules decuriavisse; Planc 47. — 2. sin (nummos) dederit, ut, quoad vivat, singulis tribulibus ‖ tribubus ‖ HS CIↃ CIↃ CIↃ debeat; A I 16, 13. ut locus daretur amicis et tribulibus; Muren 73. — 3. auster me ad tribules tuos Regium rettulit; ep XII 25, 3. — III. qui apud tribules suos gratiosi esse vellent; Planc 44. — IV. te Paelignorum, tribulium tuorum, iudicio notatum; Vatin 36.

tribunal, Erhöhung, Tribüne, Gerichtsstätte: I. quem aeque ipsa tribunalia desideraverunt? Sest 128. — II, 1. ut compleatur tribunal; Bru 290. fecerisne ante rostra pontem continuatis tribunalibus? Vatin 21. — 2. iudices quaestionum de proximis tribunalibus esse depulsos; Vatin 34. nobis in tribunali Q. Pompei, praetoris urbani, sedentibus; de or I 168. — III. cum homines in tribunali Aurelio palam conscribi vidissem; Quir 13. pro tribunali cum aliquid ageretur; ep III 8, 2.

tribunatus, Tribunenamt, Tribunat: I. tuo praecipitante iam et debilitato tribunatu; dom 40. quid iuris bonis viris Ti. Gracchi tribunatus reliquit? leg III 20. — II, 1. cum Drusi tribunatus pro senatus auctoritate susceptus infringi iam debilitarique videretur; de or I 24. ſ. I. praecipitat. qui tuo arbitrio tribunatum gereret; Milo 33. infringo: ſ. debilito. C. Cotta, qui [tum] tribunatum plebis petebat; de or I 25. huic ego neque tribunatum neque praefecturam peto; ep VII 5, 3. tribunatum plebei dicis te mea causa petisse; ep VII 27, 1. qui Romae tribunatum pl. peteret; A II 1, 5. suscipio: ſ. debilito. — 2. Cotta depulsus per invidiam tribunatu; de or III 11. — 3. propter turbulentissimum tribunatum, ad quem ex invidia foederis Numantini bonis iratus accesserat; Bru 103. possum multa dicere de tribunatu militari; Sest 7. — III, 1. cur tribunatus commoda, dempto praesertim labore militiae, contempseris; ep VII 8, 1. L. Bestia bonis initiis orsus tribunatus tristes exitus habuit consulatus; Bru 128. ut iura tribunatus defenderet; Sest 95. fretus sanctitate tribunatus; Sest 79. — 2. bellum nescio quod habet susceptum consulatus cum tribunatu; agr II 14. — IV. vexarat in tribunatu senatum; Milo 87. propter: ſ. II, 3. accedo ad.

tribunicius, des, der Tribunen, gewesener Tribun: A. noratis animos eius ac spiritus tribunicios; Cluent 109. nos initium prensandi facere cogitaramus in campo comitiis tribuniciis a. d. XVI Kalend. Sextiles; A I 1, 1. fuit conlegium tribunicium; Sest 113. quae leges saepe numero tribunicios furores debilitarunt; Vatin 18. qui tribunicium nomen horrebant; agr II 68. cum tribunicia potestas (esset) constituta; de or II 124. quod per tribunum plebis tribunicia potestas minuitur; agr II 30. spiritus: ſ. animi. cur ego te velim incidere in terrores tribunicios; ep II 18, 3. si tribunicia vis in me populum incitasset; leg III 26. — B, 1. sequuntur alii tribunicii; Phil XIII 27. — 2. qui aedilicii, qui tribunicii, qui quaestorii! Phil XIII 30.

tribunus, Tribun: I, 1. tot tribuni aerarii quid roboris attulerunt? Planc 21. quam rem tribunus plebis in contione egit; Ver I 122. ineunt magistratum tribuni pl.; qui omnes se de me promulgaturos confirmarant; Sest 72. legem agrariam tribunos plebis designatos conscribere; agr II 11. iubet tribunum plebis, qui eam legem tulerit, creare decemviros per tribus septemdecim; agr II 16. hoc adventu P. Sestii tribunorum pl. novorum, qui res eas, quas gesseram, vexare cupiebant, impetus et conatus sunt retardati; Sest 11. cum tribunus militaris depugnavi apud Thermopylas; Cato 32. cum tribuni pl. edixissent, senatus adesset a. d. XIII K. Ian.; ep XI 6, 2. num quem ex omnibus tribunis pl., quicumque seditiosi fuerunt, tam audacem audieris fuisse; Vatin 18. praeclare facitis, tribuni pl., qui de praesidio consulum senatusque referatis; Phil III 25. ut anno proximo P. Scaevola tribunus plebis ferret ad plebem, vellentne . .; fin II 54. ſ. creat. si forte tribunus pl. senatum impediens aut populum incitans notatus aut senatus consulto circumscriptus aut sublatus aut expulsus sit; A VII 9, 2. ineunt: ſ. confirmant. an quia tribunus pl. sinistrum fulmen nuntiabat? Phil II 99. levissimus tribunus pl. Fufius in contionem producit Pompeium; A I 14, 1. *ut* ipse ille annus octo tribunos haberet, qui et promulgarent de salute mea et ad vos saepe numero referrent; sen 4. ſ. confirmant. etiam in contione tribunum plebis de causa Sthenii, M. Palicanum, esse questum; Ver II 100. referunt: ſ. promulgant. X tribunos plebis hoc statuisse; Ver II 100. statuerunt etiam tribuni militares, qui in exercitu Caesaris bis fuerunt; Phil VI 14. qui et miles et tribunus et legatus et consul versatus sum in vario genere bellorum; Cato 18. vexant: ſ. cupiunt. tribuni non tam aerati quam, ut appellantur, aerarii; A I 16, 3. — 2. si patricius tribunus pl. fuerit, contra leges sacratas, si plebeius, contra auspicia fuisse; prov 46. cum (P. Decius) esset tribunus militum; div I 51. — 3. Vocativ: ſ. 1. faciunt. — II, 1. declarant huius ambusti tribuni pl. illae intermortuae contiones; Milo 12. appellarisne tribunos pl., ne causam diceres? Vatin 33. circumscribo: ſ. I, 1. impedit. »tribunis, quos sibi plebes creassit ‖ rogassit ‖, ius esto cum patribus agendi«; leg III 10. maiestatem minuisti, quod tribunum plebis de templo deduxisti; inv II 52. tres hi homines veteres tribuni militares sunt designati; Ver pr 30. ſ. I, 1. conscribunt. expello: ſ. I, 1. impedit. cum tribunus pl. primus inter homines nobilissimos factus esset; Sest 6. M. Drusus C. F., qui in tribunatu C. Gracchum conlegam iterum

Digitized by Google

tribunum fregit; Bru 109. habeo: f. I, 1. promulgant. noto: f. I, 1. impedit. quod se tribunum militum, quod quaestorem, quod legatum dignum suis maioribus praestitit; Flac 101. num quem tribunum pl. servi M Tulii pulsaverunt? Tul 48. quo die populo Romano tribuni plebi restituti sunt; Ver V 175. tollo: f. I, 1. impedit. — 2. qui (Sulla) tribunis plebis sua lege iniuriae faciendae potestatem ademerit, auxilii ferendi reliquerit; leg III 22. ut maior facultas tribunis plebis detur; Muren 83. relinquo: f. adimo. potentissimo et nobilissimo tribuno pl., M. Druso, aperte equites Romani restiterunt; Rab Post 16. sum: f. 1. creo. — 3. quid de tribunis aerariis (dicemus)? Rabir 27. cum auxilium a tribunis petas; Quinct 63. — III, 1. conatus: f. I, 1. cupiunt. me ipsum apud hoc conlegium tribunorum plebis, cum eorum omnium edicto non liceret Romae quemquam esse, qui rei capitalis condemnatus esset, egisse causam Stheuii; Ver II 100. contiones: f. II, 1. amburo. edictum: f. conleginm. impetus: f. I, 1. cupiunt. — 2. alqs ex: f. I, 1. est. foedus fecerunt cum tribuno pl. palam; Sest 24. — IV. cum a tribuno pl. vetaretur, ne quis ad vos referret; sen 8. ego cum dicere a tribuno pl. prohiberer; Piso 6. quod per tribunum plebis tribunicia potestas minuitur; agr II 30.

tribuo, teilen, einteilen, zuteilen, zuweisen, verleihen, gewähren, erweisen, einräumen, willfahren, berücksichtigen, Gewicht legen, zuschreiben, anrechnen: I. ut pro dignitate cuique tribuatur; of I 42. si voluit accusare, pietati tribuo, si iussus est, necessitati, si speravit aliquid, pueritiae; Cael 2. — II, 1. si atomis, ut gravitate ferantur, tributum est necessitate naturae; fat 48. — 2. hoc nostra laus erit inlustrior, quod illi (Hortensio) tribuebatur ignaviae, de nobis id existimari posse non arbitror; ep II 16, 3. — III. huic ipsi multa tribuat et concedat necesse est; de or I 48. te nobis in eo genere tribuisse tantum; de or II 227. cui mehercules hic multum tribuit; ep VI 5, 3. gratissimum mihi feceris, si huic commendationi meae tantum tribueris, quantum cui tribuisti plurimum; ep XIII 22, 2. cui (Deiotaro) non sine causa plurimum semper et meo et tuo et senatus iudicio tributum est; ep XV 4, 5. cui (patri) semper uni plurimum tribui; A X 1, 1. f. operam, tempora. ut nec testimonio fidem tribui convenerit nec defensioni auctoritatem; Sulla 10. legem populum Romanum iussisse de civitate tribuenda; Balb 38. facti controversia in omnia tempora potest tribui || distribui ||; inv I 11. (Cleanthes) divinitatem omnem tribuit astris; nat I 37. fidem: f. auctoritatem. qui (honos) a senatu tribui rebus bellicis solet; ep XV 4, 13. iis eam (humanitatem) potissimum tribuere debemus, a quibus accepimus; Q fr I 1, 27. quae mihi ipsi tribuenda laus esset; Milo 82. qui (locus) in tempora tribuitur; inv I 107. eadem sunt membra in utriusque disputatione, sed paulo secus a me atque ab illo partita ac tributa; de or III 119. qui (imperiti) non membra solum hominis deo tribuant, sed usum etiam membrorum; nat I 101. (Zeno) rebus inanimis per quandam significationem haec docet tributa nomina; nat I 36. quoniam officia non eadem disparibus aetatibus tribuuntur; of I 122. plus operae foro tribuebat, amicis, rei familiari; de or III 86. ut in eius modi re tribues nobis paulum operae; A XV 18, 2. quoniam philosophia in tres partes est tributa; de or I 68. quae praemia militibus promisimus nos tributuros; Phil XIV 35. quam (rationem) vos divino beneficio homini solum tributam dicitis; nat III 66. quae (ars) doceret rem universam tribuere in partes; Bru 152. nec sine philosophorum disciplina eam (rem) tribuere in partes possumus; orat 16. hanc (sapientiam) sibi ipsum detrahere, eis tribuere inludentem, qui eam sibi adrogant; Bru 292. quantum (temporum) alii tribuunt tempestivis conviviis; Arch 13. veniam aliquam dolori meo tribueretis; prov 1. ego tantam vim non tribuo sapientiae contra dolorem; Tusc II 18.

tribus, Stamm, Bezirk, Tribus: I. illum quinque et triginta tribus patronum adoptarunt; Phil VI 12. quos novem tribus decemviros fecerint ab eodem Rullo eductae; agr II 21. — II, 1. dubitatis, quin eas tribus, in quibus magnas necessitudines habet Plancius, cum ille non ediderit, iudicarit officiis ab hoc observatas, non largitione corruptas? Planc 39. ut huic et suam et ab hoc observatas tribus ederes; Planc 42. f. corrumpo. educo: f. I. faciunt. tribum suam non tulit; Sest 114. basilicam habeo, non villam, frequentia Formianorum atque ambulatricem basilicae tribum Aemiliam; A II 14, 2. tribus habet Pomptinam, Velinam, Maeciam; A IV 15, 9. observo: f. corrumpo, edo. si vocatae tribus essent; dom 58. — 2. hi aliquid se novem tribuum notis hominibus debere confitebuntur, reliquis vero sex et xx nihil erit quod non putent posse suo iure se denegare; agr II 21. — 3. cum Africanus censor tribu movebat eum centurionem; de or II 272. — 4. ex singulis tribubus singulos cooptavit augures; rep II 16. — III. cuius tu tribus venditorem et corruptorem et sequestrem Plancium fuisse clamitas; Planc 38. divisores omnium tribuum ad istum vocatos; Ver pr 22. homines: f. II, 2. est patronus quinque et triginta tribuum, quarum suffragium sustulit; Phil VII 16. sequester, venditor: f. corruptor. suffragium: f. patronus. — IV. ut, qui nummos in tribu pronuntiarit, si non dederit, impune sit; A I 16, 13. f. II. 1. corrumpo. iubet tribunum plebis creare decemviros per tribus septemdecim; agr II 16.

tributarius, die Abgaben betreffend: multum tabellas non commendaticias, sed tributarias valuisse; Ver IV 148.

tributim, nach den Tribus, tribusweise: appellavi populum tributim; Planc 24. tributim discriptis ordinibus; Flac 15. spectacula sunt tributim data; Muren 72. Scaurus populo tributim domi suae satis fecerat; A IV 17, 4 (16, 7).

tributio, Verteilung: hanc *ἰσονομίαν* appellat Epicurus, id est aequabilem tributionem; nat I 50. natura partes habet duas, tributionem || tuitionem || sui cuique et ulciscendi ius; Top 90.

tributum, Abgabe, Steuer: I, 1. qui dicerent a se intolerabilia tributa exigi; ep III 7, 3. sumptus et tributa civitatum ab omnibus tolerari aequaliter; Q fr I 1, 25. — 2. multas civitates acerbissimis tributis et gravissimis usuris liberavi; ep XV 4, 2. — 3. mensa (publica numeravit) aut ex vectigali aut ex tributo; Flac 44. — II. ut unius imperatoris praeda finem attulerit tributorum; of II 76. ne in venditionem tributorum inducerentur sumptus minime necessarii; ep III 8, 5. — III. duae rationes conficiendae pecuniae, aut versura aut tributo; Flac 20.

tributus, nach Tribus eingerichtet: prima illa comitia tenetis, centuriata et tributa; agr II 27. neque tributa capitis comitia rata esse posse neque ulla privilegii; leg III 45.

tricae, Widerwärtigkeiten, Ränke: quo modo illa (Tullia) fert publicam cladem, quo modo domesticas tricas! A X 8, 9.

triceps, dreiköpfig: quam scite „tricipitem", non „tricapitem"! orat 159. num te illa terrent, triceps apud inferos Cerberus, Cocyti fremitus? Tusc I 10.

tricesimus, (tricens.), dreißigste: sexto tricensimo anno post; of II 29. qui idem tricensimo || trices. || post die feci: ep XII 2, 1. qui (milites) de legione secunda, tricesima quinta venissent; Phil V 53.

Digitized by Google

triciens, dreißigmal, drei Millionen: huic hereditas ad HS facile triciens venit; Ver II 35. testis non invenitur in duceutiens et triciens sestertio; Font 4. cur P. Crassi filia posset habere aeris millieus salva lege, mea tricieus non posset? rep III 17.

triclinium, Speisesofa, Speisezimmer: I. villa ita completa a militibus est, ut vix triclinium. ubi cenaturus ipse Caesar esset, vacaret; A XIII 52, 1. — II, 1. cum in triclinio, quod in foro Aetnae straverat, recubuisset; Ver III 61. — 2. de triclinio cura, ut facis; ep XVI 22, 1. recumbo in: f. 1. — III. unde quinquaginta tricliniorum lectos (habueris); Ver II 183. — IV. tribus tricliniis accepti οἱ περὶ αὐτόν valde copiose; A XIII 52, 2.

tricor, Schwierigkeiten machen, Ausflüchte suchen: Publilius tecum tricatus est; A XIV 19, 4. (Vettienus) tricatur ut monetalis; A XV 13, 5.

triduum, drei Tage: I. expositis tridui disputationibus; Tusc IV 7. nos in castra properabamus, quae aberant tridui ‖ bidui ‖; A V 16, 4. — II, 1. aniculae saepe inediam biduum aut triduum ferunt; Tusc II 40. ipsum (regem) triduum quadriduumve mecum habui; A VI 2, 7. — 2. cum hoc triduo vel quadriduo tristis a Mutina fama manaret; Phil XIV 15. biduo post aut non toto triduo nec milia passuum conficiuntur; Quinct 79. — 3. haec sententia sic per triduum valuit, ut . .; Phil VI 3.

triennium, drei Jahre: I. si iam biennium aut triennium est, cum virtuti nuntium remisisti; ep XV 16, 3. — II. ita triennium illud praeturae Siciliensis distributum habere, ut . .; Ver pr 40. — III, 1. hoc nomen triennium amplius in adversariis iacere; Q Rosc 8. — 2. quam ob rem hoc nomen triennio amplius in adversariis relinquebas? Q Rosc 9. (Crassus) triennio ipse minor quam Antonius; Bru 161. triennio post mortem Oppianici de eius morte quaerebatur; Cluent 181. — 3. agros decumanos per triennium C. Verri vectigales fuisse; Ver III 103.

triens, Drittel, Drittel-As: I, 1. ut remissis senis et trientibus quinta prope pars vectigalium tolleretur; Sest 55. — 2. Dolabellam video Liviae testamento cum duobus coheredibus esse in triente; A VII 8, 3. cum sciemus, quantum quasi sit in trientis triente; A VII 8, 3. — II. triens: f. I, 2. — III. Caesar, opinor, ex uncia, etsi nihil adhuc; sed Lepta ex triente; A XIII 48, 1.

trierarchus, Trierenführer: cum esset trierarchus; Ver I 52.

trigeminus, dreifach: ut in singula conclavia trigeminos ‖ tricenos, al. ‖ lectos optime stratos quaereret; Ver IV 58.

triginta, dreißig: A. (Crassus) quattuor et triginta tum habebat annos; Bru 161. cum ipse triginta annos natus esset; Bru 229. quamquam populum in tribus tres curiasque triginta discripserat ‖ descr. ‖; rep II 14. ut dies xxxv inter binos ludos tollerentur; Ver II 130. professio est agri Leontini ad iugerum $\overline{xxx}$; Ver III 116. Q. Minucium ad decumas agri Leontini tritici mod. non mille nec duo nec tria milia, sed ad unas unius agri decumas tritici modium triginta voluisse addere; Ver III 148. senatores ne minus xxx adessent; Ver II 161. credent omnes v et xxx tribus homini gravissimo; Ver I 14. (Theramenes) coniectus in carcerem triginta iussu tyrannorum; Tusc I 96. — B. si triginta illi Athenis leges imponere voluissent; leg I 42.

trini, je drei (vgl. **terni**): nulla ex trinis aestivis gratulatio; Piso 97. trinas litteras ante legeram; A IV 6, 2. Tullia mihi litteras reddidit trinas; A XI 17, 1. qui trinos ludos aedilis feceram; Muren 40. se praesentem trinum nundinum petiturum; ep XVI 12, 3. ex promulgatione trinum nundinum ‖ trinundinum ‖ dies ad ferendum potestasque venisset; fr A VII 27.

tripertito, in drei Teile: cum tripertito distribuatur locus hoc; Top 53. diffidat necesse est, qui bona dividit tripertito; Tusc V 40.

tripertitus (tripart.), dreiteilig, dreifach: oratoris ars et facultas in hac materia tripertita versari existimanda est; inv I 7. qui tripertitas orbis terrarum oras atque regiones notavit; Sest 129. cuius oratio fuit tripertita; Quir 16. ita tripartita ab iis inducitur ratio bonorum; Ac I 21. regiones: f. oras. magni iudicii esse debebit moderator ille huius tripertitae varietatis; orat 70.

triplex, dreifach, pl. Schreibtafel mit drei Blättern: A. Plato triplicem finxit animum; Tusc I 20. ex quo triplex ille animi fetus exsistet; Tusc V 68. fuit iam accepta a Platone philosophandi ratio triplex; Ac I 19. — B. paulo post triplices remiseras; A XIII 8.

triplus, dreifach: (deus) instituit dupla et tripla intervalla explere; Tim 23. partem (deus) detraxit deinde tertiam, quae esset secundae sesquialtera, primae tripla; Tim 22.

tripudio, tanzen, frohlocken: illum tot iam in funeribus rei publicae exsultantem ac tripudiantem; Sest 88.

tripudium, Vorzeichen durch fressende Hühner (f. **terripavium**): I, 1. hoc coactum tripudium solistimum dicitis; div I 28. quod decretum conlegii vetus habemus omnem avem tripudium facere posse; div II 73. — 2. nec ex tripudiis solistimis aut soniviis tibi auguror; ep VI 6, 7. — II. idem (C. Flaminius) cum tripudio auspicaretur; div I 77.

tripus, Dreifuß: quem (Herculem) concertavisse cum Apolline de tripode accepimus; nat III 42.

triremis, Dreiruderer, Galeere: navem cybaeam maximam, triremis instar, tibi datam esse dico; Ver V 44.

triste, mühsam, hart, streng: adulescentes gravius aegrotant, tristius curantur; Cato 67. quo facilius, quibus est iratior, respondere tristius possit; ep IV 13, 5.

tristiculus, traurig: L. Paulus filiolam suam Tertiam osculans animum advertit tristiculam; div I 103.

tristificus, schrecklich: »cum saxa tristificas certant Neptuno reddere voces«; div I 13.

tristis, traurig, betrübend, finster, streng, herb: si semel tristior effectus est, hilara vita amissa est? fin V 92. quod est meum „triste consilium“? ep II 16, 2. ut tuum laetissimum diem cum tristissimo meo conferam; Piso 33. in illo tristi et acerbo luctu atque discessu; Planc 73. Rutilius in quodam tristi et severo genere dicendi versatus est; Bru 113. relinquebatur triste quoddam et miserum genus litterarum; ep IV 13, 1. quos (legatos) cum tristiores vidisset; Tusc V 91. cum dedissem ad te litteras tristes; A VII 25. luctus: f. discessus. triste est nomen ipsum carendi; Tusc I 87. aspera, tristi, horrida oratione; orat 20. quis umquam res praeter hunc tristes remisse tractavit? de or III 30. gravitatis suae liquit illum tristem et plenum dignitatis sonum; rep VI 2. tuorum tristissimo meo tempore meritorum erga me memoriam conservabo; ep IV 13, 7. cum omnia inflammatus ageret tristissimis verbis; Cael 27. quo severior est et tristior (vultus); de or II 289.

tristitia, Traurigkeit, Härte, Strenge: I, 1. hilaritatem illam, qua hanc tristitiam temporum condiebamus ‖ condiebam ‖, in perpetuum amisi; A XII 40, 3. quod (hilaritas) tristitiam ac severitatem mitigat ac relaxat; de or II 236. quibus si paruissem, tristitiam illorum temporum non subissem; A VIII 12, 5. ut tolleretur omnis illa superioris tristitia sermonis; de or I 27. — 2. tamquam machi-

Digitized by Google

natione aliqua tum ad tristitiam, tum ad laetitiam est contorquendus; de or II 72. nihil tam facile quam multitudo ab tristitia hilare dicto deducitur; de or II 340. — II. (sol) tum quasi tristitia quadam contrahit terram, tum vicissim laetificat; nat II 102. homo ipsa tristitia et severitate popularis; Bru 97.

triticum, Weizen: I. huic iste in annos singulos cum sexagena milia tritici modium imperavisset, pro tritico nummos abstulit, quanti erat in Sicilia triticum; Ver III 170. — II. ut probaret Apronius hoc triticum, quod ei dabatur; Ver III 73. — III. Midae illi Phrygi, cum puer esset, dormienti formicae in os tritici grana congesserunt; div I 78. emit agri Liparensis decumas tritici medimnis DC; Ver III 84. fit tritici mod. XXXII CCCC; Ver III 116. f. I. nunc dubitate, si potestis, utrum tantum numerum tritici Venerius apparitor istius sibi acceperit an huic exegerit; Ver III 86. quae tibi plus prodessent cognita quam tritici vilitas; of III 52. — IV. pro: f. I

tritus, Reiben: lapidum conflictu atque tritu elici ignem videmus; nat II 25.

trivium, Scheideweg, Straße: non debes adripere maledictum ex trivio; Muren 13. ut ventum est in trivium; div I 123.

triumphalis, zum Triumph gehörig: neglectis ferculis triumphalibus; Piso 61. qua tu porta introieris, modo ne triumphali; Piso 55. quae (provincia) fuerit omnibus una maxime triumphalis; Piso 44.

triumpho, triumphieren, frohlocken: I. vidimus ex ea urbe triumphari, sine qua numquam nostri imperatores ex Transalpinis bellis triumpharunt: of II 28. — II. cum me ovantem et prope triumphantem populus Romanus in Capitolium domo tulerit; Phil XIV 12. Caesar triumphat de sententia Catonis; A VII 1, 7. ter iam homo stultus triumphavit; Piso 58. imperatores: f. I. illa mater triumphare gaudio coepit; Cluent 14. in quo exsultat et triumphat oratio mea; Catil II 3.

triumphus, Siegeszug, Sieg, Triumph: I. ex quibus (Ligurum castellis) multi sunt triumphi; Bru 255. — II, 1. de triumpho tibi adsentior, quem quidem totum facile et libenter abiecero; A IX 7, 5. ages victor ex inimicorum dolore triumphum iustissimum; ep III 10, 1. cum (senatus) triumphum Africano decerneret; fin IV 22. ut repulsam tuam triumphum suum duxerint; Vatin 39. certissimum et iustissimum triumphum hoc invidorum consilio esse tibi ereptum; ep III 10, 1. nobis senatus frequens flagitavit triumphum; ep XVI 11, 3. malim mihi L. Crassi unam pro M'. Curio dictionem quam castellanos triumphos duo; Bru 256. ut nemini sit triumphus honorificentius quam mihi salus restitutioque perscripta; Piso 35. me, quicquid possem nummorum, ad apparatum sperati triumphi ad te redacturum; A VII 1, 9. M. Luculli iustissimos triumphos vidimus; Piso 44. — 2. adsentior de: f. 1. abicio. de triumpho nos moliri aliquid, extra urbem esse cum iustissima causa; A VII 1, 5. — III. ubi illa uberrima supplicationibus triumphisque provincia? Piso 97. — IV, 1. apparatus: f. II, 1. spero. ex illo fonte et seminario triumphorum cum arida folia laureae rettulisses; Piso 97. „spem triumphi?“ inquis. satis gloriose triumpharem; ep II 12, 3. et provinciam ornatam et spem non dubiam triumphi neglexi; ep XV 4, 13. — 2. si ista nobis cogitatio de triumpho iniecta non esset; A VII 3, 2. de triumpho nulla me cupiditas umquam tenuit ante Bibuli impudentissimas litteras; A VII 2, 6. — V, 1. qui (homines) triumphis ac monumentis notati sunt; Font 22. — 2. ad exemplum amissi imperii portari in triumpho Massiliam vidimus; of II 28. his (hostium ducibus) per triumphum ductis; Ver V 77.

triumvir, Mitglied des Dreimännerkollegs: „trium virorum capitalium“ dico numquam; orat 156. — I. cum (Q. Nobilior) triumvir coloniam deduxisset; Bru 79. triumviris seditiosissimis aliquid cotidie novi molientibus; rep I 31. — II. totiens legibus agrariis curatores constituti sunt triumviri, quinqueviri, decemviri; agr II 17.

triumviratus, Amt des Triumvirn: duorum magistratuum, triumviratus et quaesturae, ratio sic redditur, ut . .; Font 5.

trochaeus, Trochäus: I. trochaeum, qui est eodem spatio quo choreus, cordacem (Aristoteles) appellat, quia contractio et brevitas dignitatem non habeat; orat 193. par choreo, qui habet tres breves, trochaeus, sed spatio par, non syllabis; orat 217. — II. appello: f. I. est. Ephorus fugit spondeum et trochaeum; orat 191. iambum et trochaeum frequentem segregat ab oratore Aristoteles; de or III 182.

tropaeum, Siegeszeichen, Sieg, Denkmal: I. quid hunc (Epaminondam) tam claro atque exornato tropaeo carius atque antiquius habere convenit? inv I 69. (Thebani) aëneum statuerunt tropaeum; inv II 69. — II. ante Salamina ipsam Neptunus obruet quam Salaminii tropaei memoriam; Tusc I 140. — III. quae (Macedonia) erat antea munita non turribus, sed tropaeis; prov 4. Themistocles respondebat Miltiadis tropaeis se e somno suscitari; Tusc IV 44.

trucidatio, Niedermetzelung: I. nullus ei ludus videtur esse iucundior quam ante oculos trucidatio civium; Phil IV 11. — II. is cum graviter de Clodianis incendiis, trucidationibus, lapidationibus questus esset; Q fr II 1, 2.

trucido, niedermetzeln, abschlachten: ad trecentos fortissimos viros civesque optimos trucidavit; Phil III 10. corporibus civium trucidatis; Quir 14. qui nos, qui coniuges, qui liberos nostros trucidare voluerunt; Catil IV 12. qui senatum trucidare voluissent; ep V 2, 8. viros: f. cives.

truculenter, wild: quod truculentius se gerebat quam ceteri; agr II 13.

truculentus, grimmig, wild: alter (consul) quam taeter incedebat, quam truculentus, quam terribilis aspectu! Sest 19. »truculenti corpora Tauri«; fr H IV, a, 344.

trudo, stoßen: ut (Socrates) non ad mortem trudi, verum in caelum videretur escendere; Tusc I 71. ille omnium vocibus cum se non ad iudicium, sed ad supplicium praesens trudi videret; A IV 3, 3. in quorum (pecorum) societatem et hominem et sapientem trudere nefas esse; Ac fr 20 (3. 19).

trulla, Schöpfkelle: erat etiam vas vinarium, ex una gemma pergrandi trulla excavata manubrio aureo; Ver IV 62.

truncus, Rumpf, Stamm, Klotz: I. in quibus (arboribus) non truncus, non rami, non folia sunt denique nisi ad suam conservandam naturam; de or III 179. obducuntur libro aut cortice trunci, quo sint a frigoribus et caloribus tutiores; nat II 120. — II, 1. obduco: f. I. — 2. nemo illum ex trunco corporis spectabat; Q Rosc 28. qui potest esse in eius modi trunco sapientia? nat I 84. — III. trunco magis toto se ipse moderans et virili laterum flexione; orat 59.

trutina, Wage: ad ea probanda, quae non aurificis statera, sed populari quadam trutina examinantur; de or II 159.

trux, wild, grimmig: »e trucibus oculis duo fervida lumina flagrant«; nat II 107. me aliquid ab hoc horrido ac truce tribuno plebis fateor exspectasse; agr II 65.

tu, du; A. Kasus: I. Singular: 1. hic Brutus: ain tu? inquit. etiamne Quinto Scaevolae Servium

Digitized by Google

nostrum anteponis? Bru 152. tu quoque salutem utrique ascribito; A VI 1, 22. si uno meo facto et tu et omnes mei corruistis; Q fr I 4, 1. tu cuiusquam hominis popularis mentionem facis? Rabir 13. quae fueramus ego et tu inter nos locuti; ep V 1, 3. neque tu legum scriptoribus isdem potuisti uti, quibus ceteri; dom 48. auspicia, quibus ego et tu praesumus; de or I 39. tune eam philosophiam sequere, quae . . ? Ac II 61. si tu et Tullia valetis, ego et Cicero valemus; ep XIV 5, 1. tu inventus es, qui ex Macedonia non triumphares; Piso 55. sin autem nec expetenda ego magis quam tu eligenda, nec illa pluris aestimanda ego, qui bona, quam tu, qui producta appellas; fin V 90. — 2. virtus, virtus, inquam, C. Fanni, et tu, Q. Muci, conciliat amicitias; Lael 100. sed heus tu, qui κανὸν esse meorum scriptorum soles, unde illud . . ? ep XVI 17, 1. sed heus tu, diem meum scis esse III Nonas Ianuarias; A XIII 42, 3. — 3. te et hos audire oportebit; Quinct 4. eum te esse praeclare memini; ep IV 7, 2. talem te esse oportet, qui te seiungas . .; ep X 6, 3. se praestaturos nihil ex eo te offensionis habiturum; ep VI 8, 1. scribis in sententia te manere; A IX 2. in eo te umbram luxuriae reperturum putas? Muren 13. quamquam te quidem video minime esse deterritum; fin I 26. se in ea parte fuisse qua te; Ligar 2. in hanc rem te, te, inquam, testem, Naevi, citabo; Quinct 37. te, hominem amicissimum, non dubitabo monere; Ac II 61. te illud primum rogabo, ne quid invitus mea causa facias; ep XIII 1, 2. seiunge te aliquando ab iis; ep X 6, 2. si te nobis incolumem steteris || stiteris: ep XVI 9, 4. puto te iam suppudere; ep XV 16, 1. velim domum ad te scribas, ut . .; A IV 14, 1. mihi dabit argumentum ad te epistulae; A X 13, 2. quae porta Macedonicis semper consulibus ante te patuit; Piso 55. valuit apud te plus is, qui pecuniam maiorem dedit; Ver II 78. meam erga te benivolentiam; ep I 7, 1. meo perpetuo erga te amore; ep VI 12, 1. amore in te incredibili quodam C. Caesaris; Vatin 38. metuo, ne scelerate dicam in te; Milo 103. erit cognomen id tibi per te partum; rep VI 11. totam domum num quis alter praeter te regit? rep I 61. — 4. neque me tui neque tuorum liberum misereri potest; Ver I 77. pudet me non tui quidem, sed Chrysippi; div II 35. tui aut colendi aut ornandi voluntas; ep V 8, 2. ea facultas vel tui vel alterius consolandi in te summa est; ep IV 13, 4. refellendi tui causa; nat III 1. neque quemquam amantiorem tui (esse iudico) ep I 5, a, 4. quem (Pescennium) semper spero tui fore observantem; ep XIV 4, 6. cognovi Hortensium percupidum tui; ep I 7, 2. ne licet quidem tibi non tui similem esse; ep IX 14, 6. Largus, homo tui studiosus; ep VI 8, 1. citius amore tui fratrem tuum odisse desinam quam . .; ep V 2, 10. vincebatur fortuna tui caritate; ep VI 12, 1. me impulit tui caritas ut . .; ep X 6, 2. se acerrimum tui defensorem fore; ep I 1, 2. litterulae meae tui desiderio oblanguerunt; ep XVI 10, 2. ad illa gravissimum accedit desiderium tui; Q fr III 5, 4. quam exspectationem tui concitasti; ep II 1, 2. Lentulum imitatione tui fac erudias; ep I 7, 11. me tui memoriam cum summa benivolentia tenere; ep VI 2, 1. qui mentionem tui fecerit; ep XIII 24, 2. ne me putes oblivione tui rarius ad te scribere; ep VI 2, 1. tute tui periculum fecisti? div Caec 27. quoniam tui spem das; rep I 15. — 5. T. Ampium Menandrum tibi commendo maiorem in modum; ep XIII 70. supplicationem tibi libenter decrevi; ep XIII 77, 1. nihil tibi a me defuit; Milo 100. non facile exhauriri tibi istum dolorem posse universum puto; ep V 16, 4. singulae familiae litem tibi intenderent; de or I 42. quibuscum tibi iusto sacramento contendere non liceret; de or I 42. narro tibi, haec loca venusta sunt; A XV 16, a. quod tibi ita persuaseris; Vatin 38. ni purgare me tibi hoc tuo tempore mallem, ep III 10, 7. ubi saepe is amicus adversario et inimicus tibi est; de or II 72. quae tibi a multis prompta esse certo scio; ep IV 13, 6. homo tibi subiratus, mihi minus familiaris; de or I 72. ecce tibi e transverso Lampsacenus Strato; Ac II 121. ecce tibi eodem die Capua litteras accepi; A IX 14, 1. ecce tibi et Bruti et tuae litterae! A XIV 19, 1. gerendus est tibi mos adulescentibus; de or I 105. quos quidem tibi diligenter tractandos magnopere censeo; fin IV 79. si iam tibi deliberatum est, quibus abroges fidem iuris iurandi, responde; Q Rosc 44. suscepta tibi causa iam bis est; ep XI 7, 3. dat. ethicus: novem tibi orbibus vel potius globis conexa sunt omnia; rep VI 17. hic tibi *in* rostra Cato advolat; A I 14, 5. elliptisch: quid tibi cum Caelio? Cael 33. ergo tibi Q. Metellus nonne beatior quam Regulus? fin V 82. — 6. nobis te iudice opus esse; Quinct 92. quo potius utar aut auctore aut teste quam te? div I 17. non desinam te uti teste; rep I 61. tibi ut sponderem se dignum et te et nobis futurum; A XVI 5, 2. sese te actore ad iudicium non adfuturos; div Caec 28. te consule senatui non est licitum . .? sen 16. ut ego et Triarius te hortatore facimus; fin I 72. senatus te, consule designato, Lentule, sententiae principe statuit . .; har resp 13. quis te possit esse florentior? rep I 71. non dubitavi id a te per litteras petere, quod . .; ep II 6, 2. de qua (providentia deorum) plurima a te, Balbe, dicta sunt; nat III 17. a te quidem apte ac rotunde; fin IV 7. quod abs te et a vobis quaeso ut diligenter attendatis; Quinct 79. quae (causa) abs te nuper est dicta; de or I 238. tecum perlibenter loquor; A VIII 14, 2. quicum occulta omnia? tecum optime; fin II 95. hic ego de te plura non dicam; div Caec 28. possumus hoc quoque ex te audire? Quinct 79. quaero ex te, Vatini, num quis tribunos pl. appellarit; Vatin 34. ex te duplex nos adficit sollicitudo; Bru 332. non adhuc, quantum quidem in te est, Balbe, intellego deos esse; nat III 15. nisi speciem prae te boni viri feras; of II 39. neque hoc loco pro te dico; Cluent 149.

II. Plural: 1. quorum vobis initium tradetur a me, vos autem ad id, quod erit immortale, partem attexitote mortalem; Tim 41. cum vos, quamquam foedere obstricti tenebamini, tamen cupere vos diceretis; Piso 29. an vero, indices, vos non intellegitis nihil aliud agi, nisi ut . .? Sex Rosc 152. haec omnia indices detulerunt, rei confessi sunt, vos multis iam iudiciis indicavistis; Catil IV 5. venistis ad senatum vos, equites Romani, vosque ad pedes lenonis impurissimi proiecistis; Sest 26. nunc vos, equites Romani, videte; Rab Post 15. quo vos adiuvaremini; Planc 54. hunc (L. Thorium) vos beatum; fin II 65. — 2. obsecro, C. Aquili vosque, qui adestis in consilio, ut . .; Quinct 22.— 3. vos rogatores, vos diribitores, vos custodes fuisse tabellarum; Piso 36. vos plane expertes esse doctrinae; nat II 47. vos hominis dignitate esse commotos; agr II 24. si vos Acmonensium decretis permoveri putarem; Flac 38. quorum princeps ad cohortandos vos et ad rogandos fuit Cn. Pompeius; Quir 16. vos, Albani tumuli atque luci, vos, inquam, imploro atque obtestor, vosque, Albanorum obrutae arae sacrorum; Milo 85. ego idem vos oro atque obsecro, indices, ut . .; Muren 86. f. 1. Piso 29. Sest 26. delata tum *res* est ad vos, pontifices; dom 140. non possum dicere planius, quam ipse apud vos dixit Heius; Ver IV 27. facile contra vos incitabuntur; Ac II 144. deorum immortalium summo erga vos amore; Catil III 1. aequitas in vos defuit; agr II 20. hoc si animo in vos

Digitized by Google

vobis laborandum est; Phil XII 4. nec (Caerellia) valde laborare mihi visa est; A XV 1, 4. non valde nitens, non plane horrida oratio; Bru 238. Pompeium quod una ista in re non ita valde probas; leg III 26. ipse (Caesar) valde repudiavit; A X 1, 3. nec tam valde id timendum nec plane contemnendum puto; leg II 39. cui (Cluvio) satis factum esse a nobis valde volo; ep XIII 56, 3. de quo (Bruto) Caesarem solitum dicere: „quicquid volt, valde volt"; A XIV 1, 2. — II. homo valde studiosus ac diligens; Ac II 98. si ea (argumenta) valde multa sunt; de or II 309. valde Heraclitus obscurus, minime Democritus; div II 133. studiosus: f. diligens. quicquid valde utile sit, id fieri honestum; of III 103. — III. rem te valde bene gessisse; ep I 8, 7. quae valde breviter a te de ipsa arte percursa sunt; de or I 205. cum (Zeno) valde subtiliter dissereret; Ac I 35. — IV. illud etiam accidit praeter optatum meum, sed valde ex voluntate; Piso 46.

valeo, stark, kräftig, gesund sein, sich wohl befinden, wohl leben, dahinfahren, aufgegeben werden, wirksam sein, gelten, vermögen, mitwirken, Macht, Bedeutung, Einfluß haben, part. gesund, kräftig, stark: I, 1. ut inter optime valere et gravissime aegrotare nihil prorsus dicerent interesse; fin II 43. — 2. commoda considerantur hoc modo: valens an imbecillus (sit); inv I 35. non solum morbus eius, sed etiam consuetudo valentis cognoscenda est; de or II 186. qui (P. Crassus) et ingenio valuit et studio; Bru 98. quae esset oblectatio valentium, qui victus aut cultus? of II 15. cura, ut valeas; ep VII 15, 2. da operam, ut valeas; ep XII 1, 2. si tu et Tullia, lux nostra, valetis, ego et suavissimus Cicero valemus; ep XIV 5, 1. vale, mi Tiro, vale, vale et salve; ep XVI 4, 4. etiam atque etiam vale; ep XVI 5, 2. quod minus valuisses. si iam melius vales, vehementer gaudeo; A IV 14, 1. ibi bene valentem videram Piliam; A XV 1, a, 1. quamquam in Lysia sunt saepe etiam lacerti, sic ut fieri nihil possit valentius; Bru 64. ita scribere plerosque et id valere et valuisse semper; Bru 197. quod in aliis causis debet valere; Tul 11. quae ad virtutis usum valerent; Ac I 21. hoc nonne videtur contra te valere? Ac II 86. ista valeant; me res familiaris movet; A XVI 15, 5. astrorum adfectio valeat, si vis, ad quasdam res, ad omnes certe non valebit; fat 8. quodsi vultus C. Marii, si vox, si ille imperatorius ardor oculorum, si recentes triumphi, si praesens valuit aspectus, valeat auctoritas, valeant res gestae, valeat memoria, valeat fortissimi viri nomen aeternum; Balb 49. metum credo valuisse et arma; Phil II 107. aspectus, auctoritas: f. ardor. cum homo imbecillus a valentissima bestia laniatur; ep VII 1, 3. quibus in rebus temeritas et casus, non ratio nec consilium valet; div II 85. valeant recta, vera, honesta consilia; A IV 5, 1. f. casus. senatus consultum non mihi videtur esse valiturum; A IV 16, 5. quae in ipsum valebant crimina; Ver I 41. in qua (causa) tibi cum Diodoro, valente dialectico, magna luctatio est; fat 12. circumsessus (circumsaeptus) lectis valentissimorum hominum viribus; Phil XII 24. iaceat utilitatis species, valeat honestas; of III 46. quae (invidia) in iudiciis valere non debet; Cluent 201. ius valeat necesse est, id est iudicia, quibus omne ius continetur; Sest 92. valebant preces et lacrimae nostrae; Milo 44 ut (membrum) posse putaret se valere, si . .; of III 22. valebat apud vos Milonis erga me meritorum memoria; Milo 34. f. ardor. metus: f. arma. mos valet, ratio non valebit? Tusc II 34. nomen: f. ardor. preces: f. lacrimae. ratio: f. casus, mos. res: f. ardor. temeritas: f. casus. triumphi: f. ardor. reliquit quos viros, quam valentes! Catil II 4. vox, vultus: f. ardor. — II. saepe quaerimus verbum Latinum par Graeco, et quod idem valeat; fin II 13. tum (philosophia) valet multum, cum . .; Tusc II 11. neque auctoritate quisquam apud me plus valere te potest neque voluntate; de or I 4. opinio plus valet saepe quam res ipsa; Scaur 35. multo plus valebat periculorum impendentium timor; Milo 34. Archimedem arbitrantur plus valuisse in imitandis sphaerae conversionibus quam naturam in efficiendis; nat II 88. plus apud me antiquorum auctoritas valet; Lael 13. quae (diligentia) cum omnibus in rebus tum in causis defendendis plurimum valet; de or II 148. cum auctoritas et dignitas Pisonis valebat plurimum; div Caec 64. haec una causa in opinione Siculorum plurimum valet, quod . .; Ver IV 114. in optima quaque re publica plurimum auspicia et reliqua divinandi genera valuisse; div I 95. nihil putas valere in iudiciis coniecturam, nihil suspicionem, nihil ante actae vitae existimationem, nihil virorum bonorum testimonia, nihil civitatum auctoritates ac litteras; Ver III 146. nihil valent gratia ipsi; Muren 71. quorum (philosophorum) ea sententia est, ut virtus per se ipsa nihil valeat; Tusc V 119. quantum ingenio, quantum mediocri doctrina, quantum usu valemus; de or III 77. apud quem (Caesarem) quicquid valebo vel auctoritate vel gratia, valebo tibi; ep VI 6, 13. ad tuendas amicitias et reliquas caritates quid natura valeat; fin III 73. ut alterum (complecterer), quia tantum valebat; A VII 1, 2.

valetudo, Gesundheitszustand, Befinden, Gesundheit, Unwohlsein: I. aderit perdita valetudo; Tusc V 29. dabo operam, ne mea valetudo tuo labori desit; ep XIV 1, 2. valetudo (oportuna est), ut dolore careas et muneribus fungare corporis; Lael 22. si bona valetudo sit in bonis; fin III 49. me incommoda valetudo, e qua iam emerseram, tenebat Brundisii; A V 8, 1. — II, 1. quid interest, divitias, opes, valetudinem bona dicas anne praeposita? fin IV 23. qui (Stoici) valetudinem bonam expetendam negent esse, eligendam dicant; fin IV 62. quae cave ne impediant valetudinem tuam; ep XVI 12, 5. divitias alii praeponunt, bonam alii valetudinem; Lael 20. valetudo sustentatur notitia sui corporis; of II 86. — 2. ei sunt constituti quasi mala valetudine animi; Tusc IV 80. valetudine incommoda C. Sextius Calvinus fuit; Bru 130. nisi (T. Iunius) semper infirma atque etiam aegra valetudine fuisset; Bru 180. — 3. si ad gravem valetudinem labor accessisset; Phil IX 2. emergo e: f. I. tenet. victus cultusque corporis ad valetudinem referatur; of I 106. — III, 1. quod commodo valetudinis tuae fiat; ep XIV 5, 1. neque valetudinis curatio sine hominum opera ulla esse potuisset; of II 12. nemo sibi nec valetudinis excusationem nec senectutis satis instam [ullam] putavit; Sest 112. modo valeres; scripseras enim te quodam valetudinis genere temptari; A XI 23, 1. me rarius scribere gravitate valetudinis; ep VI 2, 1. istam imbecillitatem valetudinis tuae sustenta et tuere; ep VII 1, 5. ex diuturna perturbatione totius valetudinis; Bru 12. habenda ratio valetudinis; Cato 36. — 2. homo infirma valetudine; Cluent 175. — IV, 1. optima quisque valetudine adfectus; Tusc IV 81. quod (Clodius Philhetaerus) valetudine oculorum impediebatur; ep XIV 4, 6. — 2. sin, cum per valetudinem posses, venire tamen noluisti; ep VII 1, 1.

validus, gesund, kräftig, stark: si te validum videro; ep XVI 4, 3. »validas Aquilonis ad auras«; fr II IV, a, 385. Longam Albam, validam urbem et potentem; rep II 4.

vallis, Tal: 1. peragravi valles Agrigentinorum atque colles; Scaur 25. — 2. colles sunt, qui adferunt umbram vallibus; rep II 11.

vallo, verschanzen, umgeben, schützen: Catilinam vallatum indicibus atque sicariis; Muren 49.

Digitized by Google

haec omnia (animus) quasi saepimento aliquo vallabit disserendi ratione; leg I 62. ius legatorum, cum hominum praesidio munitum sit, tum etiam divino iure esse vallatum; har resp 34.

vallum, Wall, Schutzwehr: I. cuius ego imperium, non Alpium vallum contra ascensum Gallorum obicio et oppono; Piso 81. — II. (Pindenissum) cinximus vallo et fossa; A V 20, 5. munitae sunt palbebrae tamquam vallo pilorum; nat II 143. populi Romani exercitus Cn. Pompeium circumsedet, fossa et vallo saeptum tenet; A IX 12, 3.

vallus, Palisade: qui labor, quantus agminis, ferre cibaria, ferre vallum; Tusc II 37.

valvae, Türflügel, Tür: I. Thebis in templo Herculis valvae clausae repagulis subito se ipsae aperuerunt; div I 74. cur valvae Concordiae non patent? Phil II 112. — II, 1. aperio: f. I. opertis valvis Concordiae patres conscriptos sententias dicere; Phil V 78. — 2. quae (signa) multos annos ante valvas Iunonis Samiae steterunt; Ver I 61. ex ebore diligentissime perfecta argumenta erant in valvis; Ver IV 124.

vanitas, Nichtigkeit, Unaufrichtigkeit, Unwahrheit: I. si opinionum vanitas non imbecillitatem animorum torqueret et flecteret, quocumque coepisset; leg I 29. nulla in caelo nec erratio nec vanitas inest; nat II 56. torquet: f. coepit. valet: f. II, 1. — II, 1. quamquam blanda ista vanitas apud eos valet, qui ipsi illam adlectant et invitant; Lael 99. — 2. ut vanitati veritas cedat; Tusc III 2. — III. id comitate fieri magis quam vanitate; part or 22.

vanus, eitel, nichtig, gehaltlos, unwahr: A. barbari vani atque fallaces; div I 37. videmus ceteras opiniones fictas atque vanas diuturnitate extabuisse; nat II 5. qui (homines) orationi vanae crediderunt; Sex Rosc 117. — B, a. quis non odit sordidos, vanos, leves, futtiles? fin III 38. — b. vana, falsa, fallentia odimus, ut fraudem, periurium; fin II 46.

vapor, Dampf, Dunst: I. terrae, maris, aquarum vaporibus (stellae) aluntur iis, qui a sole ex agris tepefactis et ex aquis excitantur; nat II 118. earum (aquarum) quasi vapor quidam aër habendus est; nat II 27. — II. ali: f. I. excito.

vaporarium, Dampfrohr: quod (assa) ita erant posita, ut eorum vaporarium esset subiectum cubiculis; Q fr III 1, 2.

vapulo, Schläge bekommen: cum (Sampsiceramus) se omnium sermonibus sentiet vapulare; A II 14, 1.

varie, mannigfaltig, verschieden: haec (verba) astricta numeris, non aperte nec eodem modo semper, sed varie dissimulanterque conclusis; Brn 274. quis est, tanta quidem de re quin varie secum ipse disputet? A VIII 14, 2. haec (enumeratio) si semper eodem modo tractabitur . .; sin varie fiet . .; inv I 98. obiectus est pater varie; Cael 3. qui (sermones) perscripti varie copioseque sunt; Ac I 16. quod (nomen praevaricatoris) significat eum, qui in contrariis causis quasi varie ‖ vare ‖ positus esse videatur; part or 126. quam varie, quam improbe praedatus esset; Ver II 133.

varietas, Mannigfaltigkeit, Abwechselung, Verschiedenheit, Unbeständigkeit: I. nonne ipsa varietas quae est propria fortunae, fortunam esse causam docet? div II 109. nihil est aptius ad delectationem lectoris quam temporum varietates fortunaeque vicissitudines; ep V 12, 4. notae tibi sunt varietates meorum temporum; ep XIII 29, 2. f. docet. perturbat nos opinionum varietas hominumque dissensio; leg I 47. — II. 1. maturitates temporum et varietates mutationesque cognovimus; nat II 155. ut pictores varietatem colorum (disponunt); orat 65. multarum rerum iucundissimarum varietatem dedit; Cael 41. idem (aër) annuas frigorum et calorum facit varietates; nat II 101. cum illi orbes varietatem maximam habeant; div II 92. cuius (vocis) e tribus omnino sonis, inflexo, acuto, gravi, tanta sit varietas perfecta in cantibus; orat 57. varietates iniuriasque fortunae facile veterum philosophorum praeceptis instituta vita superabat; fin IV 17. multam etiam casus nostri varietatem tibi in scribendo suppeditabunt plenam cuiusdam voluptatis; ep V 12, 4. — 2. cum in omni genere ac varietate artium Cn. Pompeius excellat; Balb 15. quaestus hic aestimationis ex annonae natus est varietate; Ver III 192. quod maiore in varietate versata est adhuc tua causa, quam . .; ep VI 2, 2. — III. siderum errores varietate admirabili praeditos; Tim 33. — IV. summae facultatis esse debebit moderator ille et quasi temperator huius tripertitae varietatis; orat 70. — V, 1. ut (Asia) varietate fructuum facile omnibus terris antecellat; imp Pomp 14. vita conferta voluptatum omnium varietate; fin II 64. quanto colorum pulcritudine et varietate floridiora sunt in picturis novis pleraque quam in veteribus! de or III 98. res rusticae laetae sunt florum omnium varietate; Cato 54. ut varietate criminum vos attentos tenerem; Ver V 159. — 2. quodsi in ea varietate fere melius a deteriore facultate magis quam genere distinguitur; de or III 34. cum fieret sine ulla varietate discessio; Sest 74.

vario, wechseln, ändern, verschiedenartig gestalten, teilen: I. hi sunt actori, ut pictori, expositi ad variandum colores; de or III 217. — II. haec aliis actionis quoque modis variare oportebit; inv I 99. quem locum multis modis variare oportebit; inv II 125. variare orationem magno opere oportebit; inv I 76. si quisquam dicitur nisi orator formare orationem eamque variare; de or II 36. variatis hominum sententiis; Milo 8. cum omnis dolor detractus esset, variari, non augeri voluptatem; fin II 10. ille princeps variabit et mutabit (vocem); orat 59.

varius, bunt, mannigfaltig, verschieden, wechselnd, unbeständig: A. qui (Plato) varius et multiplex et copiosus fuit; Ac I 17. miror, quid sit, quod pater tuus, homo constantissimus, te nobis varium reliquit; fr G, b, 7. ex qua (civitate) innumerabiles alii mortem in variis bellis oppetissent; Sest 48. respicite dubios variosque casus; Cluent 58. quem ad modum in dissimillimis motibus inaequabiles et varios cursus servaret una conversio; rep I 22. in tam varia iuris dictione; Flac 6. quod ex illius (Socratis) variis et diversis et in omnem partem diffusis disputationibus alius aliud apprehenderat; de or III 61. non videmus, quam sint varia terrarum genera? div I 79. ut posset multas istius et varias iniurias explicare; Ver II 156. luna varias ipsa lucis mutationes habet; nat II 103. et naturae variae et voluntates multum inter se distantia effecerunt genera dicendi; orat 52. multa et varia et copiosa oratione; de or II 214. quarum rerum fateor esse multas copiosas variasque rationes; de or I 222. praeturae iuris dictio, res varia et multiplex ad suspiciones et simultates, non attingitur; Flac 6. varias philosophorum fuisse sententias; fin III 30. illa sunt curricula multiplicium variorumque sermonum; orat 12. voluntates: f. naturae. — B. expones, quae spectet, florida et varia? Tusc III 43.

varix, Krampfader: cum varices secabantur C. Mario, dolebat; Tusc II 35.

vas, Bürge: quorum cum alterum vadem mortis [mortis] ‖ accepisset, alter, ut vadem suum libe-

raret, praesto fuisset; Tusc V 63. ut vas factus sit alter eius sistendi; of III 45. libero: f. accipio. qui (C. Iulius) hominem nobilem, L. Sestium, vades poposcit; rep II 61.

vas, Gefäß, Gerät: I, 1. nego in Sicilia tota ullum argenteum vas, ullum Corinthium aut Deliacum fuisse, quin conquisierit; Ver IV 1. — 2. corpus quasi vas est aut aliquod animi receptaculum; Tusc I 52. — II, 1. quaedam argentea vasa conlisa; Phil II 73. ille ex Sicilia iam castra commoverat et vasa conlegerat: Ver IV 40. conquiro: f. I, 1. exponit ea, quibus abundabat, plurima et pulcherrima vasa argentea; Ver IV 62. iste unum quodque vas in manus sumere, laudare, mirari; Ver IV 63. Rhosica vasa mandavi; A VI 1, 13. miror, sumo: f. laudo. si quaeratur, fur sit an sacrilegus, qui vasa ex privato sacra surripuerit; inv II 55. — 2. abundo: f. 1. expono. — 3. quo tamquam in aliquod vas ea, quae meminimus, infundantur; Tusc I 61. — III. domus referta vasis Corinthiis et Deliacis; Sex Rosc 133. — IV. pater familias vasorum argenteorum centum pondo uxori suae sic legavit; inv II 116.

vasarium, Ausstattungsgeld: quod quasi vasarii nomine in venditione mei capitis ascripseras; Piso 86.

vascularius, Metallarbeiter: palam artifices omnes, caelatores ac vascularios, convocari iubet; Ver IV 54.

vastatio, Verheerung, Verwüstung: I. videtis aedificiorum expugnationes, agri vastationes in iudicium venire; Tul 42. — II. totum iter Antoniorum quid habit nisi depopulationes, vastationes? Phil V 25.

vaste, ungebildet, plump: ut (verba) neve aspere concurrant neve vastius diducantur; de or III 172. (locutum esse eius patrem) non vaste, non rustice, non hiulce, sed presse et aequabiliter et leviter; de or III 45.

vastificus, unförmlich: »Erymanthiam haec (dextra) vastificam abiecit beluam?« Tusc II 22.

vastitas, Verödung, Öde, Wüste, Verwüstung, Verheerung: I, 1. versabitur in agris vastitas; Muren 85. — 2. deum respondisse (monstrum) vastitatem esse Italiae; div I 49. — II, 1. te Bruti dolentem vicem quasi deflevisse iudiciorum vastitatem et fori; Bru 21. cum ille saxis et ignibus et ferro vastitatem meis sedibus intulisset; har resp 15. — 2. quamquam mihi ista omnia iam addicta vastitati videntur; A IX 9, 4. — 3. volucres angues ex vastitate Libyae invectas; nat I 101. templa deorum immortalium, vitam omnium civium ad exitium ac vastitatem vocas; Catil I 12. — III. neque umquam Catilina sine totius Italiae vastitate miserrima concidisset; Sest 12.

vasto, verwüsten, verheeren: arationes et agros vectigales (istum) vastasse atque exinanisse; Ver III 119. cum bello vastabitur Italia; Catil I 29. Catilinam orbem terrae caede atque incendiis vastare cupientem; Catil I 3. per quos ostendam sic provinciam per triennium vexatam atque vastatam, ut . .; Ver III 21.

vastus, öde, wüst, unermeßlich, ungeheuer, entsetzlich, plump, roh: sunt quidam ita vultu motuque corporis vasti atque agrestes, ut . .; de or I 115. qui (tyrannus) immanitate vastissimas vincit beluas; rep II 48. Q. Varium, vastum hominem atque foedum; de or I 117. quo modo vester „Axilla" „Ala" factus est nisi fuga litterae vastioris? orat 153. (loci) coaedificati an vasti; part or 36. cum mare vastissimum hieme transibas; Piso 57. in ipsis quasi maculis, ubi habitatur, vastas solitudines interiectas; rep VI 20.

vates, Weissager, Seher, Seherin: I. similiter Marcius et Publicius vates cecinisse dicuntur; div I 115. num, quae tempestas impendeat, vates vatis melius coniciet quam gubernator? div II 12. »multa per terras vates oracla furenti pectore fundebant«; div I 18. hac vate suadente quondam sacra ista nostri maiores Romae conlocarunt; har resp 27. — II. nec Marciis vatibus nec Apollinis opertis credendum existimo; div II 113. — III. qui (maiores nostri) fatorum veteres praedictiones Apollinis vatum libris contineri putaverunt; har resp 18. vatum furibundas praedictiones audiendas putaverunt; div I 4. haec vatium ratio est, nec dissimilis sane somniorum; div I 115.

vaticinatio, Weissagung: divinum (genus) est, ut vaticinationes et responsa sacerdotum, haruspicum, coniectorum; part or 6. quarum (litterarum) vaticinationem falsam esse cupio; A VIII 12, 1. — II. somniis, vaticinationibus, oraclis explanationes adhibitae sunt interpretum; div I 116. — III, 1. expositis exemplis verarum vaticinationum et somniorum; div I 71. exoritur interpretatio oraculorum et vaticinationum; div I 116. — 2. multa ex Sibyllinis vaticinationibus commemorare possum; nat II 10. — IV. quae (sortes) vaticinatione funduntur, quae oracla verius dicimus; div II 70.

vaticinor, weissagen, schwärmen, phantasieren: I. eos vaticinari atque insanire dicebat; Sest 23. sed ego fortasse vaticinor, et haec omnia meliores habebunt exitus; ep II 16, 6. non multo secus possum vaticinari; A VIII 11, 3. — II. remigem quendam e quinqueremi Rhodiorum vaticinatum madefactum iri Graeciam sanguine; div I 68. — III. ut vaticinari furor vera soleat; div I 67.

uber, Euter: I. quem (Romulum) lactantem || lacteutem || uberibus lupinis inhiantem fuisse meministis; Catil III 19. — II. quo in loco cum (Romulus) esset silvestris beluae sustentatus uberibus; rep II 4.

uber, ergiebig, fruchtbar, reich, gehaltvoll, ausführlich: quis uberior in dicendo Platone? Bru 121. Democritus huic in hoc similis, uberior in ceteris; Ac II 118. quod (Telmesses) agros uberrimos maximeque fertiles incolunt; div I 94. tertium illum uberrimum quaestuosissimumque annum; Ver pr 40. te ornatum uberrimis artibus; Bru 332. ad paternam magnitudinem animi doctrina uberior accesserat; Cato 35. quarum (vitium) uberrimi laetissimique fructus nihil omnino ad bestias pertinent; nat II 156. uberius est aliud (genus); orat 91. ea sunt ipsius Caesaris uberrimis litteris confirmata; A IV 17, 6 (16, 13). ut ad Caesarem uberiores litteras mittere instituerem; A XIII 50, 1. uberior oratio L. Crassi; of I 133. quaestum illum maxime fecundum uberemque campestrem totum ad se redegit; har resp 42. quae (res) erunt uberrimae in argumentis; de or II 319. huius (Socratis) ex uberrimis sermonibus; Bru 31.

uberius, gehaltvoller, ausführlicher, heftiger: quae dici latius uberiusque potuerunt; rep V 6. cum mulier fleret uberius; Phil II 77. locus a Platone, Aristotele tractatus uberrime; div II 3.

ubertas, Ergiebigkeit, Reichhaltigkeit, Fruchtbarkeit, Fülle: I. cui (Alcidamanti) ubertas orationis non defuit; Tusc I 116. si ubertas in percipiendis fructibus fuit; Ver III 227. olearum ubertatem fore; div I 112. — II, 1. qui discernes eorum ubertatem in dicendo et copiam ab eorum exilitate, qui . .? de or I 50. omnis ubertas et quasi silva dicendi ducta ab illis est; orat 12. ad hominum

Digitized by Google

commoditates et usus tantam rerum ubertatem natura largita est, ut . .; leg I 25. — 2. siquidem satis dictum est de ubertatibus virtutis et copiis; nat II 167. — III, 1. quae nata sunt, earum (mammarum) ubertate saturantur; nat II 128. bibliothecas mehercule omnium philosophorum unus mihi videtur XII tabularum libellus utilitatis ubertate superare; de or I 195. — 2. in qua (oratione) nunc interdum, ut in herbis rustici solent dicere in summa ubertate, inest luxuries quaedam; de or II 96. quantam (vilitatem) vix in summa ubertate agrorum diuturna pax efficere potuisset; imp Pomp 44.

ubi, wo, wann, als, sobald als: I. ut mulier imperita nihil putaret agi callide posse, ubi non adesset Aebutius; Caecin 13. locum, ubi consistat, reperire non poterit; Quinct 5. sed ego iuvenio in interdicto verbum unum, ubi delitiscam; Caecin 66. in insula Cereris natos, ubi primum fruges inventae esse dicuntur; Ver V 99. quid erat in terris, ubi in tuo pedem poneres? Phil II 48. in hortulis (philosophia) quiescet suis, ubi vult, ubi etiam recubans molliter nos avocat a rostris; de or III 63. ubi, cum satis erit ambulatum, requiescemus; leg I 14. ut ibi malis esse, ubi aliquo numero sis, quam istic, ubi solus sapere videare; ep I 10. est ubi id isto modo valeat; Tusc V 23. — II, 1. ubi ut eam (voluptatem) caperet aut quando? fin II 61. ubi nobis haec auctoritas tam diu tanta latuit? sen 13. ubi sunt, qui Antonium Graece negant scire? de or II 59. ubi terrarum sumus? Rab Post 37. ubi illae sunt densae ‖ tensae ‖ dexterae? A VII 1, 4. quae est igitur aut ubi versatur fortuitarum rerum praesensio? div II 14. ubi fides, ubi exsecrationes, ubi dexterae complexusque, ubi illud contubernium muliebris militiae in illo delicatissimo litore? Ver V 104. ubi igitur illud vestrum beatum et aeternum? nat I 68. — 2. ubi didicisset, omnes quaerebant; Q Rosc 30. ubi (animus) habitet, ne quaerendum quidem est; Tusc I 67. qui (Theopompus) ubi terrarum sit, quis scit? Phil XIII 33. me adhuc investigare non posse, ubi P. Lentulus noster sit; A IX 1, 2. — III, 1. iste ubi videt esse aliquid, quod amici nollent defendere; Ver II 61. (perturbationes) ipsae se impellunt, ubi semel a ratione discessum est; Tusc IV 42. ubi hoc quaestori Caecilio nuntiatum est, vocari ad se Agonidem iubet; div Caec 56. quod ubi sensi me in possessionem iudicii constitisse, tum adniscere coepi . .; de or II 200. quos (gradus) ubi accusator concitatis hominibus complerat, ne surgendi quidem potestas erat; Cluent 93. ut, ubi id (crimen) oratione firmavero, tum testes ad crimen accommodem; Ver pr 55. — 2. continuone an, ubi lustrum sit conditum, liber sit? de or I 183. regem post, ubi audisset, unde (dentes) essent, statim certos homines misisse; Ver IV 103. ubi lucere coepisset, clamitasse magos . .; div I 47. — 3. ubi idem saepius, (Sophocles) ascendit in Arium pagum; div I 54.

ubicumque, wo immer: ubicumque hoc factum est, improbe factum est; Ver III 217. alter alterius ubicumque nanctus est ova frangit; nat II 125. ubicumque erit gentium, a nobis diligetur; nat I 121. etsi, ubicumque es, in eadem es navi; ep II 5, 1. si illius pietatem, ubicumque eris, tuam esse, tecum esse duces; ep V 17, 4. ubicumque terrarum et gentium violatum ius civium Romanorum sit; Ver V 143.

ubinam, wo: 1. ubinam gentium sumus? Catil I 9. — 2. in qua (celeritate) non video ubinam mens constans et vita beata possit insistere: nat I 24.

ubique, überall: quod ubique genitum ‖ gentium ‖ est; rep II 9. qui ubique sint nati; div II 93. omnes copiae, quae ubique sunt, rei publicae sunt; Phil X 12. ut omnia, quae ubique sint, sapientis esse dicatis; fin IV 74.

ubivis, überall: ut nemo sit, quin ubivis quam ibi, ubi est, esse malit; ep VI 1, 1.

ve, oder, oder auch: 1. parumne Epicuro Carneadive respondeam? div I 109. ea, quae bona malave videantur; Tusc V 87. quod (carmen) infamiam faceret flagitiumve alteri; rep IV 12. visa ista cum acriter mentem sensumve pepulerunt; Ac II 66. sine ulla molestia sumptuve sociorum; ep XV 4, 10. sine ullis praemiis fructibusve; fin II 45. ipsum (regem) triduum quadriduumve mecum habui; A VI 2, 7. ratio voluptatis non dolendive particeps; fin II 38. — 2. uti C. Pansa A. Hirtius consules, alter ambove, de provinciis ad hunc ordinem referant; Phil XI 31. post hanc habitam contionem duabus tribusve horis litterae venerunt; Phil XIV 16. qui (poëta) peccat etiam, cum probam orationem adfingit improbo stultove sapientis; orat 74. qui liberalis benignusve dicitur; leg I 48. ut ad prosperam adversamve fortunam nihil intersit; nat III 89. — 3. a te bis terve summum et eas (litteras) perbreves accepi; ep II 1, 1. ne quid plus minusve, quam sit necesse, dicat; Flac 12. qua quandove ituri sint; A IX 1, 2. sensim tardeve potius quasi nosmet ipsos cognoscimus; fin I 41. ne quid serviliter muliebriterve faciamus; Tusc II 55. — 4. quod semel audisset vidissetve; de or II 300. si quid fecerint locutive sint; of I 148. nullum (membrum rei publicae) reperies, quod non fractum debilitatumve sit; ep V 13 3. omnia perorationem inflammantem restinguentemve concludere; orat 122. in animorum aliqua permotione aut gignenda aut sedanda tollendave; de or III 118. — 5. quid faciendum non faciendumve sit; fin I 47. (res publica) aut nulla erit aut ab isto istisve servabitur; A XIV 20, 3. omnes, quicumque nati sunt eruntve; Tusc I 9. — 6. qui in Italia non sit absitve rei publicae causa; Caecin 57. unde omnia orerentur quove reciderent; Tusc V 10. si quam legem de actis Caesaris confirmandis deve dictatura in perpetuum tollenda deve coloniis in agros deducendis tulisse M. Antonius dicitur; Phil V 10.

vectigal, Abgabe, Gefälle, Zoll, Einkünfte: vectigaliorum; fr E XVI. — I, 1. quid nos ‖ vos ‖ omnia transmarina vectigalia iuvabunt tenuissima suspicione hostium iniecta? agr II 80. si vectigalia nervos esse rei publicae semper duximus; imp Pomp 17. quod vectigal superest domesticum praeter vicensimam ‖ vices. ‖? A II 16, 1. salvis vectigalibus nostris; Ver III 127. — 2. optimum et in privatis familiis et in re publica vectigal duco esse parsimoniam; rep IV 7. — II, 1. aguntur certissima populi Romani vectigalia et maxima; imp Pomp 6. quibus (provinciis) vectigalia populi Romani continentur; ep XV 1, 5. cum vectigalia populi Romani sint deminuta; Ver III 127. qui (Graeci) pendere ipsi vectigal sine publicano non potuerint, quod iis aequaliter Sulla discripserat; Q fr I 1, 33. non esse leniores in exigendis vectigalibus Graecos quam nostros publicanos; Q fr I 1, 33. habeo: f. III. vectigal esse impositum fructibus nostris dicitur; Ver III 14. censoribus vectigalia locare nisi in conspectu populi Romani non licet; agr I 7. pendo: f. discribo. vectigalibus non fruuntur, qui redemerunt; har resp 60. immunitatibus infinitis sublata vectigalia a mortuo; Phil I 24. »censores aerarium vectigalia tuento«; leg III 7. ut decemviri vestra vectigalia vendant nominatim; agr II 47. — 2. in reliquum tempus ait se vectigalibus prospexisse; Ver III 128. — 3. iam nihil egeo vectigalibus; A XII 19, 1. fruor: f. 1. redimo. qui (Sp. Thorius) agrum publicum vitiosa et inutili lege vectigali

Digitized by Google

levavit; Bru 136. quod iniquo et gravi vectigali aedilicio Asiam liberasti; Q fr I 1, 26. — 4. pecunia publica ex vectigalibus populi Romani ad emendum frumentum attributa; Ver III 165. quaestor a mensa publica (numeravit), mensa aut ex vectigali aut ex tributo; Flac 44. quae (pecunia) ex novis vectigalibus per quinquennium reciperetur; A I 19, 4. cum omnem pecuniam ex aerario exhausissetis, ex vectigalibus redegissetis; agr II 98. minus esse aliquanto in Scaptii nomine quam in vectigali praetorio; A V 21, 11. — III. vectigalibus ut his possum esse contentus, quae habeo, sic vix minoribus; A XII 25, 1. — IV. tu cum maximo detrimento atque adeo exitio vectigalium totam Hieronicam legem sustulisti? Ver III 19. quae cum de vectigalium nervis detraxisset; Ver III 83. ut intellegatis ab isto nec vectigalium nec posteritatis habitam esse rationem; Ver III 128. istum omnia subsidia vectigalium vendidisse; Ver III 119. — V, 1. hoc vectigali etiam belli difficultates sustentantur; agr II 84. — 2. in vectigalibus non solum adventus mali, sed etiam metus ipse adfert calamitatem; imp Pomp 15.

vectigalis, die Abgaben betreffend, steuerpflichtig, tributpflichtig, geliefert: A. qui semper vectigales fuerunt; Q fr I 1, 33. istum agros vectigales exinanisse; Ver III 119. locutus sum tecum de agro vectigali municipii Atellani; ep XIII 7, 1. ita civitas una duabus deterrimis mulierculis vectigalis fuit; Ver II 79. se suo iure equos vectigales Sergio mimo tradere; Phil II 62. ex pecunia vectigali; Ver I 89. qui piratas immunes, socios vectigales habemus; of III 49. — B. vectigales multos ac stipendiarios liberavit; prov 10.

vectio, Ziehen, Reiten: efficimus etiam domitu nostro quadripedum vectiones; nat II 151

vectis, Hebebaum, Brechstange: I. quod anguis domi vectem circumiectus fuisset; div II 62. — II. demoliri signum ac vectibus labefactare conantur; Ver IV 94.

vector, Schiffer, Passagier: I. cum ei (Diagorae) naviganti vectores adversa tempestate perterriti dicerent non iniuria accidere; nat III 89. male vehi malo alio gubernante quam tam ingratis vectoribus bene gubernare; A II 9, 3. — II. vectores omnes in lautumias coniciebantur; Ver V 145. perterreo: f. I. dicunt. — III. summi gubernatores a vectoribus admoneri solent; Phil VII 27.

vectura, Fuhre, Anfuhr, Transport: I. misimus, qui pro vectura solveret; A I 3, 2. — II. quo genere vecturae (ista arcessantur); ep VII 23, 3. petii ab eo de mulis vecturae; A XV 18, 1. ut et mihi et populo cautum sit sine vecturae periculo; ep II 17, 4. — III, 1. longa difficilique vectura columnas singulas locatas; Ver I 147. — 2. praesidii et vecturae causa sumptu publico navigia praebentur; Ver V 45.

vegetus, rege, lebhaft, rüstig: te vegetum nobis in Graecia siste; A X 16, 6. ne ‖ nec ‖ tam vegeta mens in Empedocleo sanguine demersa iaceat; Tusc I 41.

vegrandis, sehr groß: hominem „vegrandi ‖ ut grandi ‖ macie torridum“; agr II 93.

vehemens (vemens), heftig, leidenschaftlich, entschieden, energisch: qui se in principem maleficii lenem, in adiutores eius et conscios vehementissimum esse respondet; Cluent 106. illum (Galbam) non in agendo solum, sed etiam in meditando vehementem atque incensum fuisse; Bru 88. perturbationem esse appetitum vehementiorem, sed vehementiorem eum volunt esse, qui longius discesserit a naturae constantia; Tusc IV 11. nisi illud grave bellum et vehemens putaretur; Muren 32. meae illae vementes contentiones; ep XI 14, 1. habetur una atque altera contio vehemens et gravis; Cluent 77. nec est dubium, quin exordium dicendi vehemens et pugnax non saepe esse debeat; de or II 317. admiscere huic generi orationis vehementi atque atroci genus illud alterum; de or II 200. (vocis genus) contentum, vehemens, imminens quadam incitatione gravitatis; de or III 219. ille homo vehemens et violentus; Phil V 19. multo *in* improbum civem vehementiores iratorum impetus esse; Tusc IV 43. in quibus (causis) minus potest inflammari animus indicis acri et vehementi quadam incitatione; de or II 183. alia vehemens erat invidia versata; Cluent 130. inhibitio remigum motum habet et vehementiorem quidem remigationis navem convertentis ad puppim; A XIII 21, 3. definiunt animi aegrotationem opinationem vehementem de re non expetenda, tamquam valde expetenda sit; Tusc IV 26. nimium acer, nimium vehemens tribunus plebis Sullana rescidit; agr III 7. vis populi multo saevior multoque vehementior (est); leg III 23. »cliuata est ungula vemens fortis Equi«; fr H IV, a, 287.

vehementer, heftig, leidenschaftlich, entschieden, stark, sehr, außerordentlich: I. sin (auditores) erunt vehementer abalienati; inv I 21. vehementer se adsentire ‖ adsentiri ‖ Crasso; de or I 110. vehementer me agere fateor, iracunde nego; Phil VIII 16. quem vehementer amarat, occiderat; Tusc V 60. primorum mensum ‖ mensium ‖ litteris tuis vehementer commovebar; ep VII 17, 1. cum ego vehementius contendissem civitatem adimi non potuisse; Caecin 97. qui pro isto vehementissime contra me declamasset; Ver IV 149. cum dixerat accusator acriter et vehementer; Flac 21. vehementer (Hieronymus) errat; fin II 9. ego tuas litteras vehementer exspecto; A XV 9, 2. quod et insani et ebrii multa faciunt saepe vehementius; Tusc IV 52. cum ingemuissent vehementius ceteri; rep VI 12. cuius tu rebus gestis vehementius invidebas; Vatin 24. quod vehementer eius (Posidonii) artus laborarent; Tusc II 61. vehementer laetor tibi probari sententiam meam; ep XII 2, 1. cum aspere et vehementer esset locutus; de or I 227. nostra municipia coniunctione etiam vicinitatis vehementer moventur; Planc 21. Cassius vehementer orat ac petit, ut . . ; A XV 5, 1. num est vehementius severitatis ac fortitudinis invidia pertimescenda? Catil I 29. peto: f. oro. pro Cn. Pompeio vere vehementerque pugnavit; Piso 27. cum haec duo pro congruentibus sumunt tam vehementer repugnantia; Ac II 44. Sthenius vehementissime restitit; Ver II 88. hoc te vehementer etiam atque etiam rogo; ep XIII 59. ut id quam saepissime facias, te vehementer rogo; A X 4, 1. an dubitas, quin ea me cura vehementissime sollicitet? ep II 16, 5. is eam rem quam vehementer vindicandam putarit; Quinct 28. — II. ut res geras [ut] vehementer arduas; of I 66. non modo carum sibi quemque, verum etiam vehementer carum esse; fin V 31. gratae mihi vehementer tuae litterae fuerunt; ep XIII 68, 1. f. iucundus. contumelia, quae vehementer et insignis est et nova; agr II 54. leges sunt veteres vobis maioribusque vestris vehementer gratae atque iucundae; agr II 21. novus: f. insignis. erat lex omnibus vehementer utilis; Balb 60.

vehiculum, Fuhrwerk, Fahrzeug, Schiff, Wagen: I. illi tibi furtorum vehiculum comparaverunt; Ver V 59. ut procul divinum et novum vehiculum Argonautarum e monte conspexit; nat II 89. — II. qui vehiculis tensarum sollemnes coetus ludorum initis; Ver V 186.

veho, fortbewegen, fahren, tragen, bringen: I, 1. equum vehendi causa (esse generatum); nat II 37. — 2. cuius in adulescentiam per medias laudes quasi quadrigis vehentem traversa incurrit misera fortuna rei publicae; Bru 331. — II. taurus, qui vexit Europam; nat I 78. cursor visus est in

Digitized by Google

somnis curru quadrigarum vehi; div II 114. quo quisque (frumentum) vehere iussus esset; Ver III 192. cuius generis onus navis vehat; fin IV 76. tamquam in rate in mari immenso nostra vehitur ratio; Tusc I 73. vehebatur in essedo tribunus plebis; Phil II 58.

vel, oder, entweder — oder, selbst, sogar, auch nur, schon: A. **Conjunction:** I. ohne vel im ersten Teil: 1. einmal: Gabinii comes vel sectator; Rab Post 21. eius modi coniunctionem tectorum oppidum vel urbem appellaverunt; rep I 41. quod praepositum vel praecipuum nominamus; fin III 53. illam iram centurio habeat aut signifer vel ceteri; Tusc V 55. ita definit, ut . . , vel brevius, ut . .; Tusc IV 47. rem publicam quibus legibus constituere vel conservare possimus; rep II 64. non sentiunt viri fortes in acie vulnera, vel sentiunt, sed mori malunt; Tusc II 58. vel quod est in eodem decreto scriptum . .; Flac 45. quod sit a virtute profectum vel in ipsa virtute situm; Tusc II 46. sed stuporem hominis vel dicam pecudis attendite; Phil II 30. ut neglegentiam senatus vel etiam iniurias civium ferre posset; har resp 60. f. II, 1. etiam. sunt ista quidem magna vel potius maxima; Q fr II 13 (15, a), 1. — 2. dreimal: in omni arte vel studio vel quavis scientia vel in ipsa virtute optimum quidque rarissimum est; fin II 81. — II. mit vel im ersten Teil: 1. zweimal: ut, quibuscumque rebus vel belli vel domi poterunt, rem publicam augeant; of II 85. res rusticas vel fructus causa vel delectationis invisere; de or I 249. cuius opes mihi magno vel ornamento vel praesidio esse possent; ep III 10, 9. vel severa vel iocosa congressio; ep VII 10, 4. parietem vel solidum vel fornicatum; Top 22. qui vel summum vel solum malum dolorem esse dicat; Tusc V 31. an sum etiam nunc vel Graece loqui vel Latine docendus? fin II 15. cum proficiscebamini in provincias vel emptas vel ereptas; Piso 31. quod possim vel tutari vel refellere; de or III 78. quibus (officiis) aequo animo vel vincam te vel vincar abs te; ep VII 31, 1. qui a Naevio vel sumpsisti multa, si fateris, vel, si negas, surripuisti; Bru 76. quod me vel vi pulsum vel ratione cedentem receperit; Planc 26. id est vel e virtute vel naturae congruenter vivere; fin IV 26. siquidem vel di ipsi vel cum dis futuri sumus; Tusc I 76. ut homines mortem vel optare incipiant vel certe timere desistant; Tusc I 117. laudanda est vel etiam amanda vicinitas non erudita artificio simulationis vel suburbano vel etiam urbano; Planc 22. — 2. mehrmals: ut omnium vel suspicioni vel malivolentiae vel crudelitati satis fiat; Rab Post 45. quae vel morbo vel somno vel oblivione vel vetustate delentur; nat I 28. una atque altera aestas vel metu vel spe vel poena vel praemiis vel armis vel legibus potest totam Galliam sempiternis vinculis astringere; prov 34.

B. **Adverb:** 1. quam morosi sint, qui amant, vel ex hoc intellegi potest; ep VII 15, 1. duo vel principes dialecticorum, Antipater et Archidemus; Ac II 143. reliquae pecuniae vel usuram Silio pendemus; A XII 25, 1. — 2. si eiusdem modi esset visum verum, quale vel falsum; Ac II 77. extremum illud vel molestissimum; A XVI 7, 5. homo ante hunc praetorem vel pecuniosissimus Syracusanorum; Ver II 35. ut vel non stultus quasi stulte cum sale dicat aliquid; de or II 274. vel ternas (epistulas) in hora darem; ep XV 16, 1. — 3. qui illum eius peculatum vel acerrime vindicandum putent; Ver I 11. quae (voluptas) vel aliter pararetur; fin I 47. hoc uno praestamus vel maxime feris, quod . .; de or I 32. sollicitudine provinciae vel maxime urgebamur; A VI 5, 3. — 4. aperte vel odisse magis ingenui est quam fronte occultare sententiam; Lael 65. — 5. vel si pereundum fuisset; Sest 44.

veles, Plänkler: 1. me a te ut scurram velitem malis oneratum esse non moleste tuli; ep IX 20, 1. — 2. ut hastae velitibus amentatae (traduntur); Bru 271.

velificatio, Segeln: cum id possis mutata velificatione adsequi; ep I 9, 21.

velificor, fördern: quodsi qui vestrum spe ducitur se posse turbulenta ratione honori velificari suo; agr I 27.

vellico, schmähen: in conviviis rodunt, in circulis vellicant; Balb 57.

vello, abreißen: hominum *nec* || non || spinas vellentium, ut Stoici, nec ossa nudantium; fin IV 6.

velo, verhüllen, leicht kleiden: accensis velatis; rep II 40. tu capite velato bona tui Gabinii consecrasti; dom 124.

velocitas, Schnelligkeit, Behendigkeit: I. velocitas corporis celeritas appellatur; Tusc IV 31. — II. alios videmus velocitate ad cursum valere; of I 107.

velociter, schnell: quae (sidera) velocissime movebantur; Tim 30. animus velocius in hanc sedem pervolabit; rep VI 29.

velox, schnell: velox an tardus sit; inv I 35. quod nihil est animo velocius; Tusc I 43.

velum, Segel, Tuch: I. contraxi vela; A I 16, 2. ad id, unde aliquis flatus ostenditur, vela do; de or II 187. Cleomenes malum erigi, vela fieri imperavit; Ver V 88. quo utinam passis velis pervehi liceat! Tusc I 119. — II. quos videtis velis amictos, non togis; Catil II 22. (aegritudo res est) omni contentione, velis, ut ita dicam, remisque fugienda; Tusc III 25. tabernacula carbaseis intenta velis conlocabat; Ver V 30. cum plenissimis velis navigares; dom 24. multis simulationum involucris tegitur et quasi velis quibusdam obtenditur unius cuiusque natura; Q fr I 1, 15. pervehi: f. I. pando.

velut, veluti, gleichwie, wie, zum Beispiel: 1. »duplices velut aere catenae serpunt«; fr II IV, a, 248. ut ad illam praedam damnatio Sex. Roscii velut cumulus accedat; Sex Rosc 8. — 2. velut apud Socraticum Aeschinen demonstrat Socrates . .; inv I 51. veluti crocodili quaedamque serpentes ortae extra aquam aquam persequuntur; nat II 124. non elogia monimentorum id significant, velut hoc ad portam; fin II 116. veluti, si minus quis cepisset, ne sacris adligaretur; leg II 51.

vena, Ader, innere Beschaffenheit: I. venae et arteriae micare non desinunt quasi quodam igneo motu; nat II 24. — II, 1. per quas (vias) lapsus cibus in eam venam, quae cava appellatur, confunditur; nat II 137. teneat oportet venas cuiusque generis, aetatis, ordinis; de or I 223. — 2. confundo in: f. I. appello. sanguis per venas in omne corpus diffunditur; nat II 138. periculum residebit et erit inclusum penitus in venis atque in visceribus rei publicae; Catil I 31. quem ad modum ad eorum (argenti, aeris, ferri) venas perveniretur; div I 116.

venabulum, Jagdspeer: quaesisse Domitium, qui tantam bestiam percussisset; illum respondisse, venabulo; Ver V 7. cum praeclara bestia venabulo transverberatur; ep VII 1, 3.

venalicius, Sklavenhändler: quibus (divitiis) omnes Africanos et Laelios multi venalicii mercatoresque superarunt; orat 232.

venalis, verkäuflich, feil, bestechlich, Sklave: A. qui omnia venalia (recordetur), edictum || dilectum || decretum, alienam suam sententiam, forum domum, vocem silentium; par 46. neque venalia sunt, quae quidem placeant; Q fr III 4, 5. ut haberet omnia commoda, beneficia, iura regni venalia; Phil III 10. decretum, al.: f. alqd. fidem cum proposuisses venalem in provincia; Ver II 78. iura: f. beneficia. qui ex Gallia pueros venales isti

Digitized by Google

adducebat; Quinct 24. — B. a. I. illi proferebant venales Asiaticos; Ver V 146. — II. Cappadocem modo abreptum de grege venalium diceres; sen 14. — b. Manilianas venalium vendendorum leges ediscere; de or I 246.

venaticus, zur Jagd: canes venaticos diceres; Ver IV 31.

venatio, Jagd, Tierhetze: I. reliquae sunt venationes binae per dies quinque, magnificae; ep VII 1, 3. ut venationem eam, quae postridie ludos Apollinares futura est, proscriberent *in* III IDUS QUINCTILES; A XVI 4, 1. conditiora facit haec aucupium atque venatio; Cato 56. — II. ludi magnifici et grati; venatio in aliud tempus dilata; A IV 15, 6. proscribo: f. I. est. qui ludorum venationumque apparatu pecunias profundunt; of II 55.

venator, Jäger: pernoctant venatores in nive in montibus; Tusc II 40. non pudet physicum, id est speculatorem venatoremque naturae, ab animis consuetudine imbutis petere testimonium veritatis? nat I 83.

venatus, Jagd: labor in venatu, sudor, cursus ad Eurotam (defuerunt); Tusc V 98.

vendibilis, verkäuflich, beliebt, angenehm: (C. Visellius Varro) populo non erat satis vendibilis; Bru 264. illius (Crassi) vendibilem orationem; Lael 96. L. Gellius non tam vendibilis orator, quam ut . . : Bru 174. adiungetur etiam illa via vendibilis Herculanea; agr II 36.

venditatio, Prahlerei: I. a multis virtus venditatio quaedam atque ostentatio esse dicitur; Lael 86. — II. quae sine venditatione fiunt; Tusc II 64.

venditio, Verkauf, Versteigerung: I. irritae venditiones, irritae proscriptiones; Flac 74. — II. quid colligimus venditiones fraudulentas? of III 83. quam ad diem proscriptiones venditionesque fiant; Sex Rosc 128. si sublata sit venditio; Sex Rosc 110. — III. quis hastam istius venditionis vidit? Phil II 103. — IV. quod quasi vasarii nomine in venditione mei capitis ascripseras; Piso 86.

vendito, feil bieten, verkaufen, anpreisen, empfehlen: valde te venditavi; A I 16, 16. in eo me etiam Tulliae meae venditabo; A IV 16, 4. istius omnia decreta, imperia, litteras peritissime et callidissime venditabat; Ver II 135. quo modo (optimates) se venditant Caesari! A VIII 16, 1. num spem incertam certo venditet pretio; inv II 113.

venditor, Verkäufer: I, 1. quod vitii venditor non dixisset sciens, id oportere praestari; of III 67. ut ne quid omnino, quod venditor norit, emptor ignoret; of III 51. — 2. unus venditor tota in provincia per triennium frumenti omnis fuisti; Piso 86. — II. cum idem expediet emptori et venditori; agr II 67. — III. in mancipiorum venditione venditoris fraus omnis excluditur; of III 71.

vendo, verkaufen, versteigern, verpachten: I, 1. ut alii emendi aut vendendi quaestu et lucro ducerentur; Tusc V 9. — 2. iniqua lege vendebas, quo pluris venderes; Ver III 41. venditorem, quoniam vendat, velle quam optime vendere; of III 51. — II. quem pater patratus dedidit aut suus pater populusve vendidit, quo is iure amittit civitatem? Caecin 98. se ipsum, fasces suos, exercitum populi Romani, numen interdictumque deorum immortalium, responsa sacerdotum, auctoritatem senatus, iussa populi [Romani], nomen ac dignitatem imperii regi Aegyptio vendidit; Piso 48. permulta alia, quae senatus propter angustias aerarii vendenda censuit, consules propter invidiam non vendiderunt; agr II 36. si aedes vendiderit pluris multo, quam se venditurum putarit; of III 54. in omnibus his agris aedificiisque vendendis permittitur decemviris, ut vendant, quibuscumque in locis videatur; agr II 55. cum omnes urbes, agros, vectigalia, regna vendiderit; agr II 71. f. aedificia. auctoritatem: f. alqm. an fructus integros atque adeo bona fortunasque aratorum omnes vendidisti? Ver III 40. L. Sulla cum bona indemnatorum civium funesta illa auctione sua venderet et se praedam suam diceret vendere, tamen ex hoc loco vendidit; agr II 56. est ausus (Sulla) dicere, hasta posita cum bona in foro venderet civium, „praedam se suam vendere"; of II 27. praedam, manubias, sectionem, castra denique Cn. Pompei sedente imperatore decemviri vendent; agr I, fr 4. qui Romae totum edictum atque omnia decreta vendiderit; Ver II 119. istum decumas nova lege atque adeo nulla lege vendidisse; Ver III 142. dignitatem: f. alqm. a Q. Seio contendit, ut sibi domum venderet; dom 115 edictum: f. decreta. exercitum, fasces: f. alqm. fortunas, fructus: f. bona; Ver III 40. quod non semel, sed bis, neque uno, sed duobus pretiis unum et idem frumentum vendidisti; Ver III 179. cum (populus) incensum vendit; Caecin 99. etiam instrumenta agrorum vendere coacti sunt; Ver III 226. interdictum: f. alqm. manubias: f. castra. nomen, numen: f. alqm. nulla umquam civitas tota Asia et Graecia signum ullum, tabulam pictam *ullam*, ullum denique ornamentum urbis sua voluntate cuiquam vendidit; Ver IV 133. alterum Thracibus ac Dardanis pacem maxima pecunia vendidisse; Sest 94. praedam: f. bona, castra. plurimis et pulcherrimis P. Sittii praediis venditis; Sulla 56. regna: f. agros. responsa: f. alqm. sectionem: f. castra. signum, tabulam: f. ornamentum. te aediliciam praetextam togam vendidisse; Vatin 16. vende mihi vasa caelata; Ver IV 45. vectigalia: f. agros. qui non Teucrum Pacuvii malit quam Manilianas venalium vendendorum leges ediscere; de or I 246. qui vinum fugiens vendat sciens, debeatne dicere; of III 91. urbes: f. agros.

venefica, Giftmischerin: veneficam audes appellare eum virum? Phil XIII 25.

veneficium, Giftmischerei, Vergiftung, Zaubertrank: I. qui inter sicarios et de veneficiis accusabant; Sex Rosc 90. de sicariis, de veneficiis, de peculatu infitiari necesse est; de or II 105. — II. alterum veneficii crimen Oppianico venenum Habiti consilio paratum; Cluent 166. quae (pars) propria est legitimae veneficii quaestionis; Cluent 2. — III. id veneficiis et cantionibus Titiniae factum esse; Bru 217.

veneficus, Giftmischer: I. neque de sicariis, veneficis hoc loco disserendum est; of III 73. — II, 1. cum venefici cuiusdam nomen esset delatum et extra ordinem esset acceptum; inv II 58. — 2. mihi res erat cum venefico; Sest 39.

venenatus, giftig, vergiftet: quae (pantherae) in barbaria venenata carne caperentur; nat II 126. cum (caprae) essent confixae venenatis sagittis; nat II 126. viperam illam venenatam ac pestiferam; har resp 50

venenum, Gift, Zaubermittel: I. illud quam novum, in pane datum venenum! faciliusne potuit quam in poculo, celerius potuit comestum quam epotum in venas permanare? Cluent 173. qui (Theramenes) cum venenum ut sitiens obduxisset, reliquum sic e poculo eiecit, ut id resonaret; Tusc I 96. — II, 1. comedo: f. I. permanat. cum manifesto venenum deprehendisset; Cluent 20. venenum quaesitum, quod Clodiae daretur, dicitur; Cael 30. f. I. permanat. epoto: f. I. permanat. eicio, obduco: f. I. resonat. quaero: f. do. hi pueri tam lepidi sicas vibrare et spargere venena didicerunt; Catil II 23. cum Licinius venenum traderet; Cael 65. — 2. ita lenibus uti videbantur venenis, ut posse videremur sine dolore interire; A II 21, 1. — 3. iubet lex ea iudicem quaestionis quaerere de veneno; Cluent 184. — III, 1. sunt duo crimina, auri et veneni Cael 30. cum in manu teneret veneni pyxidem;

Digitized by Google

